dum aut à se à nobis diversum in ea re docet, & quem anno 1544. ediderat.

Ex his omnibus apparet Calvinum immeritò Contradictionis ab Hornejo accusari. Hic quintum 13. lapsus Hornejo est.

An rationi deferendum in rebus de contradictione?

XIV. Perperam Hornejus ait §. 7. Calvinum, non sine causa suspicari nodum esse in iis quae dicit; conari igitur solvere eo praetextu, quòd negare haec simul stare posse, sit rationi in rebus Theologicis judicium committere, & quod immensum est, modulo ejus subjicere velle, justitiam divinam metiri humano ingenio, & ingenii nostri tenuitate comprehendere posse. In summa ait Hornejus Calvinum eodem praetextu uti, quo illi ex Lutheranis qui *super plenas [illegible] [illegible] Theologi exigunt, &c. & clamant [illegible] & [illegible] modo in disputationes Theologicas [illegible], & bonas disciplinas in subsidium advocantes rationi humanae ipsa mysteria & articulos fidei subjici, & ad ingenii nostri modulum exigi, quasi [illegible] generis sententia alia.* Et §. 10. vocat hoc *asylum Calvini, dicere, posse aliquid verum esse in philosophia [illegible].* Et §. 13. ait, *ne cum Calvino [illegible] [illegible] [illegible].*

Ita Hornejus in quibus rectè quidem & meritò de aliis Lutheranis conqueritur: sed immeritò in societatem erroris illius Calvinum trahit. *Providè* enim videat quomodo haec in re satisfaciat Gerhardo, qui dicit Calvinianos contra-

An rationi deferendum iudicium de contradictione?

rum statuere ex rationis principiis siveare judicium de Contradictione in mysteriis seu articulis fidei: adeóque Gerhardus, cùm duae sint hae contradictoriae, *Rationi est tribuendum iudicium de contradictione in rebus fidei.* Et: Rationi non est tribuendum judicium, &c. priorem tribuit Calvinianis, Hornejus autem, Calvinianus licet obscurè posteriorem tribuit, cùm eam Calvino ipsi tribuat, cum quo Reformatos in doctrina reliquâ & nominatim in hâc parte quae concernit judicium rationis, consentire non ignorat. Nec dicere potest Hornejus, nos nobis aut Calvino in hâc parte contradicere; hoc enim in aeternum non probabit.

Secundo, Calvinus non Contradictionem, quam Hornejus dicit, eo modo excusat, ut ostendimus iam nullam Calvinum admittere Contradictionẽ: unde sequitur eũ ne tegere quidem aut velare illam aliquo praetextu posse. Ut autem id evidentius fiat, tenendum est Calvinum lib. 3. instit. cap. 23. §. 4. respondere objectioni quae inferri videbatur, quandoquidẽ homo lapsus sit ex decreto permissionis divinae, Deum injustum esse quòd eum ob peccata puniat. Huic exceptioni respondet per negationem Consequentiae: nimirum, non sequi Deum huic obtrectationi ideò subiacere. Probat hanc suam negationem 1. ex eo quia Scriptura doceat impossibile esse, ut Deus aliquid injustè agat, quia hoc repugnet naturę Dei: adeóque eum injustitiae arguendum non esse, quamvis intellectus non possit comprehendere justitiae divinae rationem.

Hac

Hanc suam rationem probat ex Rom. 9. 20. *O homo tu quis es, qui disceptes cum Deo, &c.* Et addit: *Negabunt ita verè defendi Dei iustitiam, sed subterfugium captari, quale habere solent, qui iusta excusatione destituuntur. Quid enim hoc aliud dici videtur, quàm Dei esse potentiam quae impediri nequeat, quominus pro sua libidine faciat, quidquid agat? Verùm longè secus est: quae enim potentior afferri ratio potest, quàm dum iubemur cogitare, quis sit Deus? Quomodo enim ullam iniquitatem admitteret, qui iudex est orbis? Ad Dei naturam si propriè pertinet, iudicium facere, ergo iustitiam naturaliter amat, iniustitiam aversatur.* Confirmat eandem solutionem ex Augustino §. 5.

An ratione defenditur iustitia & clarè dicitur

2. Probat ex eo; quia ita decrevit Deus hominis lapsum §. 6. 7. ut tamē suo proprio vitio peccat §. 8. Et sic cū illa priore solutione aliam conjungit: *Si enim, inquit, praedestinatio nihil aliud est, quàm divinae iustitiae, occultae quidem, sed inculpatae dispensatio: quia non indignos fuisse certum est, qui in eum finem praedestinarentur, iustissimum quoque esse interitum, quem ex praedestinatione subeunt, aequè certum est. Adde huc sic ex Dei praedestinatione pendere eorum perditionem, ut causa & materia in ipsis reperiatur. Lapsus est enim primus homo, &c. Cadit igitur homo, Dei providentiâ sic ordinante, sed suo vitio cadit. Pronunciaverat paulò antè Dominus, omnia quae fecerat, esse valde bona. Unde ergò illa homini pravitas, ut à suo Deo deficeret? Ne ex creatione esse putaretur, elogio suo approbaverat Deus, quod profectum erat à se ipso. Propriâ ergò*

An ratione defectionis iudicium de electione [illegible]

malitiâ, quam acceperat à Domino puram naturam corrupit, & suâ ruinâ totam posteritatem secum in exitium attraxit. Quare in corrupta potius humani generis natura evidentem damnationis causam, quae nobis propinquior est, contemplemur, quam absconditam ac penitus incomprehensibilem inquiramus in Dei praedestinatione.

Et §. 9. *Excusabiles peccando haberi volunt reprobi, quia evadere nequeunt peccandi necessitatem: praesertim cum ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos vero inde negamus rite excusari, quandoquidem Dei ordinationi, qua se exitio destinatos conqueruntur, sua constat aequitas: nobis quidem incognita, sed illi certissima, &c. Deinde praepostere docemus agere ipsos, qui ad quaerendam damnationis suae originem in reconditum divini Consilij adytum oculos intendunt; et naturae corruptionem, unde illa vere scaturit, negligunt. Hanc autem imputare ne Deo possint, obstat, quod suae creationi testimonium reddit. Tametsi enim aeterna Dei providentia in eam cui subiacet calamitatem conditus est homo, a se ipso tamen eius materiam non à Deo sumpsit, quando nulla alia ratione sic perditus est, nisi quia à pura Dei creatione in vitiosam & impuram perversitatem degeneravit.*

Hic vides Calvinum diluere exceptionem illam, & ostendere nullam esse contradictionem inter has duas Enunciationes: *homo lapsus est ex decreto Dei*, Et, *homo merito ac iuste ob lapsum à Deo punitur*: ostendere, iniquum, id ex eo, primo quia Scriptura quae docet, decreto Dei hominem lapsum esse, eadem docet impossibile es-

...Deus quicquam injustè agat. Scriptura au-
...sibi contradicere non potest. Deinde, ex eo
...nim foret contradictio in illis Enuncia-
...tionibus, & iniquitas in Deo, si Deus propriè lo-
quendo esset causa lapsus adeóque perditionis
...enim quod non, sed homo ipse est causa [illegible]-
[illegible].

An ra- tioni de- fectum inventum de elim... [illegible]

Et committit hic Hornejus alium errorem, quum dicit Calvinum etiam aliis illis contradictionibus, quas sic vocat Hornejus, prætendere profunditatem mysteriorum tantum cum ad objectionem illam, quâ justitia Dei ex decreto prædestinationis oppugnatur, diluendam affere.

In quo et quod altitudinem justitiæ divinæ imperscrutabilem rationi allegat Calvinus, non magis reprehendendus est, quam Scriptura quæ loco citato pariter ad objectionem eam respondet; quam Augustinus qui itidem in altitudinis illius immensum fundum, ad rationis [illegible] & insaniam effugiendam se in eo negotio recepit; quam denique Lutherus, qui in eadem nostra seu Dei potius causa objectiones huis similes diluit ex eo, quod incomprehensibilia sint judicia Dei, & quod ratio non sit regula & mensura voluntatis divinæ.

Aurea sunt verba Lutheri, quæ adscribere pauca non pigebit: *At cur non simul mutat voluntates malas quas movet?* Hæc objectio est, ex eo petita quod absurdum videatur *Deum operari voluntatem malam*, & tamen *Deum eam non esse [illegible]*. Respondet Lutherus: *Hoc pertinet ad secreta majestatis, ubi incomprehensibilia sunt judi-*

[illegible]

docta ratio. Nec nostrum est hoc quaerere, sed adorare mysteria haec. Quod si caro & sanguis hic offensa murmurat; murmuret sane, sed nihil efficiet, Deus ideo non mutabitur. Et si scandalizati impii discedant quam plurimi, Electi tamen manebunt.

Haec una objectio est, quam sic solvit Lutherus. Subjicit statim aliam objectionem hanc: *Cur permisit Adam ruere, & cur nos omnes eodem peccato infectos condit, cum potuisset illum servare, & nos aliunde, vel prius purgato semine creare?* Videtur absurdum esse, *Deum servare potuisse Adamum*, & tamen *Deum permisisse ut Adam rueret*; item *Deum potuisse nos aliunde creare vel semen purgare*, & tamen *Deum nos omnes eodem peccato infectos condere*. Respondet Lutherus: *Deus est, cujus voluntatis nulla est causa nec ratio, quae illi tanquam regula & mensura praescribatur, cum nihil sit illi aequale aut superius, sed ipsa est regula omnium. Si enim esset illi aliqua regula vel mensura, aut causa, aut ratio, jam nec Dei voluntas esse posset. Non enim quia sic debet vel debuit velle, ideo rectum est quod vult: Sed contra, quia ipse sic vult, ideo debet rectum esse quod fit. Creaturae voluntati causa & ratio praescribitur, sed non Creatoris voluntati, nisi alium illi praefeceris creatorem.*

XV. Ait Hornejus Calvini istud effugium elumbe esse petitum ab altitudine mysterii: ibi enim mysterium nullum esse. Id quod probat primo exinde quod Scriptura id non doceat, sed quod sint Calvini blasphemiae & absurdae Scripturae perversiones. Inter alia sic ait: *Primum*

esse

*ipsi Calvini precationi, quid scilicet si absolu-
decretum urget, si asseveret Deum condidisse
... ut laberentur, id est absurdum & blasphe-
... Scripturæ pervertendæ penitus, quam expositio-
... repudies, id illo Scripturam ipsam, & quæ
ipsa docet, vel negare vel controversa facere*
... 2. Ideò etiam mysterium nullum
..., quia etsi *Electio & lapsus primorum parentum
... rationi absconditum extra verbum:* tamen *quid
Contradictio, & quid in Calvini Enumeratione
contradictio sit, nil ad minimum abesse, ut captum
superet, ut etiam pueri ipsi intelligant; item
esse obscura, sed omnium quæ usquam sunt, ra-
& cunctis mortalibus evidentissima. Quare
hic intellectui nostro credendum esse negat, ne-
neq; etiam oculis fidem habendam, quod Sol
cum medius est meridies.*

An ratio-ni de-... dum ... de contra-dictione

Resp. Nec effugio ibi ullo Calvinus uti-
tur, nec quicquam ibi clamitat, nisi Spiritum
Sanctum, nisi Augustinum, ni denique Luthe-
rum eiusdem vitij arguere velit. *Priorem* pro-
bationem quod attinet, falsum est, Calvini do-
ctrinam Scripturæ non esse, esse eam impieta-
tem, absurditatem, blasphemiam, & Calvini
... expositionem. Hæ iniuriæ sunt quæ
in Scripturam, Augustinum, Lutherum, & Lu-
theri iudicio in veram rationem resiliunt: docet
enim hic lib. de Servo arbitrio doctrinam no-
stram de gubernatione, decretoque Dei & ne-
cessitate hominis ipsæ etiam ratione docere, ut
ante vidimus. Et non tam potest hæc doctrina
atque expositio inter recentiores Calvino quàm
Luthero tribui, utpote qui eam libro illo de

An rationi deferendum iudicium de contradictione?

Servo arbitrio ante Calvinum tradidit. Scripsit enim Lutherus librum illum anno millesimo quingentesimo vigesimoquinto, quo anno Calvinus puer sedecim annorum erat, utpote natus anno millesimo quingentesimo nono.

Postremo, quod attinet probationem, Calvinum non pretendis rerum divinarum sublimitatem ubi nihil tale est. Allegat Calvinus sublimitatem mysterij in ea controversia circa iustissimam Dei voluntatem, circa quam Lutherus quoque mysterij sublimitatem allegat, ut vidimus, cùm ait *hic perveniri ad secreta maiestatis, ubi incomprehensibilia sunt, iudicia eius*, &c. Ecquaeso, annon hic reverà sublimitas mysterij, annon incomprehensibilis est iustitia Dei, praesertim ea in Electione & lapsu primorum parentum (cuius doctrinam ipse Hunnius fatetur planè absconditam esse extra verbum) iustitia Dei adaequatè seu perfectè cognosci?

Quod ait, obscurum nihil esse in eâ re, ideò quòd manifestissimè sint etiam pugnantes contradictiones Calvini: respondeo, manifestum esse non posse, quod nusquam est. In Calvini dictis nullam esse contradictionem ostendimus.

VI. Perperam etiam ait §.9. Calvinum dicere, *rationem credendam non esse*; perperam etiam §.10. ait sentire eum, etsi omnia ista possit, eis philosophia impediat. Perperam denique eum dicere; negare ista posse simul stare, esse rationi in rebus Theologicis iudicium committere. Nequaquam. Nam dicit rationis modulo circumscribendam non esse iustitiam Dei, sed eam incomprehensibilem atque immensam.

lumen

[illegible] & cap. [illegible] ad [illegible] assequi. Longè autem aliud est rationi iudicium admittere, ac non dicere, ei credendum non esse, eam impedire quominus, quæ à fide proponuntur, credantur; aliud verò rationem non perfectè assequi ea quæ supra captum suum sunt; & quæ cætera Calvinus ait. Illa qui dicit, falsum loquitur; qui hoc, verè sentit. Sanæ etenim rationi iudicium suum debetur, & illius veritati quæ profectò à Deo ipsi indita est, semper est credendum, nec unquam ea impedit quominus credantur quæ à fide proficiscuntur, aut ei unquam contraria est. Quare falsum dicit, qui negativum tuetur. At rationem multa perfectè non assequi, adeóque illius finibus includenda omnia, aut quæ de naturalibus ac creatis tantùm docet, ad supernaturalia, imò Deum extendenda non esse, adeò verum est, ut ipsa id de se luculentissimè testetur. In summa, Calvinus non dicit rationi credendum non esse; verùm hoc ait, non tantùm ea credenda esse, quæ ratio novit, sed in perfectiore Scholâ ea discenda, quæ ratio non tradere potest. Item non ait, credendum aliquid esse, etsi philosophia id impediat, sed credendum aliquid esse, etsi supra rationem, seu si ita velis, Philosophiam sit. Denique non ait, rationi non esse permittendum iudicium in rebus Theologicis; sed negat mysticarum sententiarum veritatem ad eam, ut mensuram esse restringendam.

An rationi denegandum iudicium de controversiis?

Atque hæc etiam de Horneji sententia.

Caput VIII.

Respondetur argumento ex eo desumto, quòd Contradictoria à Deo fieri & sic simul vera esse possint.

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

Viri Doctissimi, ut & Menzeri proponitur. Si Deus Contradictoria facere posset, an ideò sequatur rationi adimendum iudicium de Contradictione. Diversitas quæstionum an possit, & an sit à Pelagianis confusa, ex Augustino. Vera sententia proponitur. Eadem ex Scripturâ, ratione, Patribus, adversariis probatur, & ab exceptione duplici vindicatur. Solvuntur argumenta Viri doctissimi, ex Scripturâ, auctoritate, ratione petita. A multis accusationibus & suspicionibus Orthodoxa doctrina liberatur. An & quatenus de potentiâ Dei iudicare liceat. Plurima alia quæ observationem merentur.

Si Deus

Si Deus potest facere quae in Logica nostra rationem contradictionem implicant, rationi non competit permittendum iudicium de contradictione in controversiis fidei.

Atqui Deus potest facere, &c. Ergo.

An contradictoria Deo facili adeo ut simul vera esse possint.

Diximus superiore cap. Virum doctissimum ferre alia argumenta quibus probare conatur, contradictionis iudicium in controversiis fidei non esse permittendum ratiocinationi: etiam ea inde opinionem suam probare, quod Deus contradictoria facere possit, adeoque ea simul vera esse queant. Huius argumenti contemplationem & solutionem in hoc caput rejecimus.

Ita igitur ille in Methodo studij Theolog. p. [illegible] *Quia tamen*, inquit, *ac rationis magistra philosophia non potest iudicare de potentia Dei, quid possit vel non possit praestare. Ergo etiam non potest iudicare quae in divinis mysteriis vere sunt contradictoria.* Antecedens probat 1. ex Scriptura. *Genes.* 18.14. *Zach.* 8.6. *Matth.* 19.26. *Luc.* 1. 37. & c. 18.27. *Ephes.* 3.20. Unde infert: *Si Deus potest facere ea quae superant intellectum nostrum, utique etiam facere potest ea quae in nostra Logica implicant contradictionem. Si Deus omnia sua absoluta potentia potest, nihil certe possibile exceptum, nam monstretur quod Deus absoluta sua potentia non possit. Si Deus potest facere impossibilia apud homines, etiam potest facere impossibilia apud rationem nostram, &c. Distinguendum igitur esse,* ait, *inter potentiam Dei ordinariam & absolutam; hac enim potest ea, quae Contradictionem nobis involvere videntur. Deus enim absolutissima sua potentia ad contradictionem Logicam, legemque rationis humanae*

An contradictoria à Deo fieri ac cōiungi simul vera esse possent.

nem est alligatus. Distinguendum igitur inter Omni ad illa in Logica divina, seu Dei, denique leges, omnium nostrum transcendentem, & contra adi... in Logica humana seu humanis, captum humanum transcendentis. Distinguendum etiam vel esse, quae sunt supra terminos Logicae seu rationis nostrae, & ea quae sunt intra terminos Logicae seu rationem, & à ratione nostra percipi possunt.

II. Probat ex authoritate Augustini lib. 21. de Civ. Dei c. 5. circa finem: *Mira Dei opera ... mortalium ratiocinatio ... apud nos est ratio, non sine ratione Omnipotentis facere, unde animus humanus infirmus rationem non potest reddere, & in multis quidem rebus incertum nobis esse quid velit, illud tamen certissimum, nihil eorum illi esse impossibile quaecunque voluerit, nos credere praedicentis, quem neque impotentem neque mentientem credere possumus.* Et cap. 7. *Cum Deus auctor sit Naturarum, cur nolunt fortiorem nos reddere rationem, quando aliquid velut impossibile nolunt credere; eisque redditionem rationis poscentibus respondemus, hanc esse voluntatem Omnipotentis Dei, qui certe non ob aliud vocatur Omnipotens, nisi quoniam, quicquid vult, potest.* Deinde allegat Thom. lib. 1. cont. Gentes c. ... secundum *Intellectum nostrum non penitus posse intelligere Deum, quia sit infinitus; & sic non posse penetrare ad id quod est infinitum.*

III. Probat ex ratione eaque duplici ... *sententia Dei est infinita carens omni termino, captum rationis transcendens; religio ... nobis sit, ... velle limitare & dicere velle. Deum possibilia omnia posse. Scriptura aliter loquitur: Nihil apud*

Deum

[illegible] impossibile, esse. 2. *Praeterea Deus infinitis modis plura cognoscit & efficere potest, quam [illegible] & Angelus multo plura quam homo. Ergo [illegible] humanum non est, [illegible] regula [illegible] potentiae. Atque si quid ea repugnare vel [illegible] quae in sacris literis credenda proponuntur, [illegible] capitum superiore, & impossibilia, atque contradictoria videantur et iudicium [illegible] de Deo [illegible], at temerarie statuimus Deum non posse plura [illegible] quam ratio humana intelligit praestare [illegible].*

An contradictoria Deus [illegible] ea quae [illegible] vera esse [illegible].

Menzerus contra Sadeelem, ut capite superiore vidimus, pariter ad probandam opinionem suam de iudicio contradictionis, non pertinendo rationi, assumit hunc medium terminum: quia scilicet Deus possit facere *quae ratione humana contradictoria videntur, eorum Deo tamen contradictoria non sunt.* Posse autem facere probat idem ex Zach. 8. Matth. 19. Luc. 1. Similiter Theologi ex Ubiquitatis assertoribus.

Respon.

Respondeo primùm ad majorem, secundò ad minorem. Ad maiorem respondeo per negationem consequentiae: posito enim sed non concesso, Deum posse facere contradictoria, tamen [illegible] loquitur, rationi ideò abstinendum esse iudicium contradictionis in controversiis de rebus fidei; nisi antè constet, Deum, quemadmodum posse contradictoria facere, ita etiam velle ea facere. Sunt enim multa quae Deus facere potest, nec tamen facit; & per consequens

An contradictorias Deus facere, adeoque simul vera esse possint.

cùm ea non faciat, quamvis possit, non mutanda est ratio cognitionis rerum prout sunt, etsi aliter esse possint. Etsi igitur Deus posset contradictoria facere; adhuc tamen quaerendum esset, an hoc etiam ea re ipsâ faciat. Iam autem probari in aeternum non poterit, DEUM actu facere contradictoria. Cùm igitur ea non faciat, adhuc ratio potest iudicare de contradictoriis, & pronunciare, quandoquidem in tali aliqua Enunciatione, aut in duabus Enunciationibus contradictio fit, quae actu nunquam esse potest, hinc eam falsam esse. Notum est duplicem esse potentiam, aliam quae in actum educitur, aliam autem quae in actum educi non potest, aut saltem nunquam educitur. Quòd si igitur potentia in DEO esset producendi contradictoria, si tamen ex alterâ parte potentia illa in actum educi non probetur; manet rationem sua iudicandi vis, usque dum vel unicum exemplum afferatur quo manifestum fiat, esse aliqua contradictoria quae rationi suum iudicium circa ea adimant. *Alia quaestio est, utrum esse possit, alia utrum sit*, respondet com. 7. parte priore libri de meritis peccat. c.6. Augustinus Pelagianis, qui ex eo quòd homo in hac vitâ virtute Dei posset esse sine peccato haeresin suam turbabant, & contra ait, etsi maximè possit, tamen non esse discedendum à verâ sententiâ de hominis corruptione. *Si à me quaeratur*, inquit, *utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse. Si autem, quod secundo loco posuimus, interrogatur, utrum sit, esse non credo. Magis enim credo Scripturae dicenti, Ne intres in iudicium cum* la

...concedi maximè concederetur, quod in æternitas concedere non potest, DEVM posse contradictoriorum productionem exipenioni iudicium suum; non tamen sequi inde, debere illi ideo eripere nos facultatem eam, nisi constet actu etiam DEVM ea facere; quod usque dum ostendatur, quemadmodum rerum ordo ita etiam cognitio exigit illis. Hæc ad maiorem; quod forsan sufficere posset; nisi opinionis illius adeò periculosæ in Ecclesia Dei, radices exscindendæ evellendæ essent, quantum in nobis est.

An contradictoria à Deo fieri ad aliquod saltem verè esse possint.

Respondeo igitur etiam ad minorem, & dico non posse contradictoria facere, sed et ... potius loquimur, contradictoria non posse fieri. *Convenientius, ait, dicitur quod ea non possint fieri, quam quod Deus ea non possit facere.* Ita Thomas. Sed perinde esse dicitur via modo loquendi fidelis utatur, cum DEVM non contumeliosum sit dicere. Enim posse quædam, quæ ipsi attribuuntur ab ea ... si ea posset. Ita Apostolus *Deus, inquit, negare seipsum* NON POTEST.

Cum autem dicimus DEVM non posse facere contradictoria, loquimur non solum de absoluta ordinaria Dei potentia, ut quam sic vocant, sed etiam hoc volumus, contradictoria esse absolutam quidam Dei potentiam excedere, adeò que ea in æternum vera esse non posse. Veritas huius sententiæ nostræ nobis ostendenda est in gratiam veritatis studiosorum, ne contraria sententia decipi patiantur, quæ eò usque hodie abiit, ut hoc axioma, *Contradictoria*

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

non possit simul esse vera, ... in ... gia esse contendant, imò fallum, ut ... bitu.

Contradictoria igitur simul vera esse, ... Deo produci potentiâ absolutâ non posse ...

I.

Quia ut posset fieri à Deo, repugnat ... te Dei, non quasi defectus aliquis ... sit, propter quem non possit contradict... producere, sed propter perfectionem ... summam. Quo loco regula hæc & fund... tum tenendum est, quod Apostolus pro... Deus negare se ipsum NON POTEST. ... fundamentum etiam Maximus Apollinari... no opposuit, qui ad sua dog... ta stabilienda ad potentiam absolutam co... giebant: ... Quod tamen Paulo ... impossibile esse Dei, ut se ipsum neget, ... tatur. Scrib. ... agitur. Deus non potest negare suum ... ctum: si autem posset facere contradi... tunc negaret suum intellectum. Nam ... matio & negatio cadunt in omnem conc... etiam divinum, ita ut aut affirmativus ... gativus sit; affirmativum autem & negativu... mul eodem respectu esse non potest. Hinc ... etiam verbum Dei, quod fluit ex illo conc... seu eum exprimit, non posse esse Ita & ... idem Apostolus.

Iam autem si Deus facere posset contradi...

conceptus etiam illius, simul actu nil esset affirmativus & negativus; alias in ipsi conformis esse non posset, quod absurdum. Si enim perfectionem intellectus humani requiritur, ut conformetur inter ipsam & rem quam concipit, multò magis requiritur in intellectu divino qui eminenter in se perfectionem omnem, quæ est intellectu quovis creato. Nec valet exceptio, non esse necesse ut intellectus divinus conformetur obiecto intelligibili, sed obiectum intelligibile conformari intellectui divino, ut si intellectus divinus contradictione caret, etiam in obiecto tollatur contradictio, ut sub intellectum divinum cadit. Hæc, inquam, exceptio locum non habet; quia etsi res ista sequatur, quam effectus intellectum ut causam; tamen postquam facta est, conformis intellectus Dei, qui in se est. Si igitur Deus facit contradictoria, concipit etiam ea contradictoriè; quod quia absurdum est, patet etiam, manente intellectu Dei, non posse simul posse facere contradictoria.

2. Deus non potest negare voluntatem suam; sed si Deus facere posset contradictoria, negaret suam voluntatem: vult enim Deus vera esse, ut esse vera esse dicitur; si tam negationem simul vera esse, tunc etiam vellet negationem oppositam affirmationi; & sic suæ voluntati repugnaret. Hinc est quod Augustinus *in Dei voluntate, ut ne sit aliquid falsum quod verum est*, tom. 6. libro 26. contra Faustum cap. 4.

Hinc quod ex contradictione Deus non potest, non possit Deus contradictoriam vera esse.

An contradictoria à Deo fieri, quæ simul vera esse possint.

3. Deus non possit negare potentiam [illegible] At si Deus posset facere contradictoria, ne[illegible] garet suam propriam potentiam. Nam, [illegible] quodque ens, ut rectè Thomas, eo loco [illegible] agendo producat sibi simile, saltem quatenus [illegible] summam illam rationem entis pertinet [illegible] sequens non potest Deus producere contradi[illegible] ctionem, seu id quod implicat simul Esse & [illegible] Esse; hoc enim est non Ens.

4. Deus non potest negare veritatem [illegible] id quod fieret, si contradictoria ab ipso fi[illegible] Nam quod res sic se reverà habet, adeoque [illegible] est, id à Deo est. Si igitur eum etiam [illegible] illius vera esset, num falsa esset veritas illa [illegible] Deus dixerat & planè verum, & contra ve[illegible] fit quod falsum dixerat, seu sic verum fieret [illegible] sum, & falsum fieret verum, quod absur[illegible] veritati Dei contrarium est, agnoscente ipso [illegible] hardo cum ait: *Si Deus facere posset, quæ [illegible] dictionem implicant, sententiam falsam posse [illegible] re veram. Atqui falsitas est contraria Dei, [illegible] ipsa veritas.*

Meisn. Phil. sob. p. 557.

5. Deus non potest negare immutabili[illegible] tem suam; id quod fieret si contradictoria [illegible] ret. Nam id quod verbi causâ negativum & [illegible] sum est, secundum veritatem à Deo plan[illegible] in ratione & Logicâ humanâ, abjiceret [illegible] tem suam & mutaretur in veritatem [illegible] ctu divino, & sic Deus mutabilis esset. *Si [illegible] hoc est verum,* ait Meisnerus rectissimè, *[illegible] falsum, intellectus Dei esset mutabilis, & sic [illegible] sibi ipsi contrarius foret. Res enim quatenus [illegible] est, concordaret cum intellectu divino, quatenus [illegible]*

Phil. sob. 3. Mir. 3. p. 969.

...non convenerer & sit quoad unum & eandem ... intellectus diversos. Ast prout una ... essentia sic & una ratio Dei est fraternitas. ... quae simul verum, ad eadem sic ... est falsum, quia aliud Deus secum ipse ... Ergo, si in philosophia aliquod verum est ... , nequaquam illud falsitatis arguet ... , NISI DEI IMMUTABILITATEM ... .

An contraditiones Deo seu adeoque simul vera esse possint.

Deus non potest negare simplicitatem ... negaret autem eam si contradictoria fieri possent. Esset enim in eo compositio ... veritatis, naturalis scilicet, secundùm quā ... verbum caro, membrum contradi... verum esset: & supernaturalis secundùm ... affirmativa ei contradicēs vera esset. Cer... quidem est veritatem distingui in natura... & supernaturalem; sed haec non est divisio ... in species oppositas seu disparatas, sed ... distinctio rei in suos modos. Est enim una ... veritas, quae ut in natura debilis & cor... pone peccati propemodum sopita est, ita ... gratiam & revelationem caelestem, non op... , sed perficitur & in integrum, quan... ad salutem seu in hac vita satis est, resti... .

Excepit.

Excipit Vir doctissimus. Nam Cl. Alstedius ... quod nos quarto loco in hoc argumento ... veritate Dei dicimus, ante nos quamvis aliis ... libro Epitheol. Theolog. c. ...

An contradictoria à Deo fieri & cognosci simul vera esse possint.

Omne quod implicat contradictionem (ita Albertinus) respectu rationis rectæ, etiam implicat contradictionem respectu Dei. Rectum enim, verum & bonum quod est in creaturis, est summi recti, veri & boni quoddam vestigium. Quare si recta ratio recte iudicat, aliquid implicare contradictionem, hoc rectitudo eius secundum summam rectitudinem, quæ est ipse Deus, non contra illam [illegible]

Respondet Gerhardus, *rationem demum tunc recte iudicare, quando non ex suis principiis, sed ex verbo iudicat, quænam sint apud Deum impossibilia & contradictoria. Rectum in creaturis esse vestigium recti in Deo, verum est non absolute, simpliciter & totaliter, sed secundum quid & particulariter, id est, non omnis, sed ordinariæ potentiæ Dei vestigium est rectum in creaturis* [illegible] *de absoluta Dei potentia, quousque ea sese extendat, non potest iudicium fieri ex illo recti in creaturis vestigio, id est, ex ordinariæ potentiæ effectis. Ordinaria potentia non exhaurit totam Dei potentiam, sed est eius quasi pars. Multa fiunt à Deo præter naturæ creatæ leges: ubi Deus vult, vincitur naturæ ordo.*

Respondeo: 1. Ratio etiam ex suis principiis de contradictione iudicare potest, [illegible] Gerhardini loquitur, quæ sint contradictoria seu impossibilia apud Deum: in quantum scilicet doctrina de contradictione, item de Deo, & illius absoluta potentia sub cognitionem naturalem rationis cadit, [illegible] etiam veritatum [illegible] non solum connexionum. Doctrinam de contradictione tradit ratio & quidem sola: de Deo etiam & illius potentia ex natura

conman-

[illegible]plicitionis cognitionem habet ratio. Rom. [illegible] autem de iis quae contra [illegible] no[illegible] ratio etiam judicare potest, quando [illegible] argumenta ex [illegible] possunt in contradi[illegible] confirmando, agnoscente ipso Gerhardo, [illegible] lib. 1. cap. 9. 2. Dicimus solum [illegible], sed etiam ex verbo Dei, & quidem [illegible] nos judicare de contradictionis [illegible] sub Dei potentiam cadunt aut non cadunt: [illegible] ex hoc ipso nostro primo argu[illegible] apparet. 3. Quod ait, rectum in cre[illegible] esse vestigium non omnis, sed ordinariae [illegible] Dei, non autem pariter falsum est: [illegible] cùm id, quod ratio naturaliter de potentiâ [illegible] absolutâ novit, verum sit, certè ex veritate [illegible] promanat, & radius illius seu vestigium [illegible]. Et verò ex Gerhardi ipsius responsione id [illegible] facilè est. Refert enim ad potentiam [illegible] ea quae fiunt praeter naturam: atqui [illegible] ratio sana naturaliter ea novit & in[illegible], ver. g. quòd ignis in sphaerâ suâ movetur [illegible], quòd aqua quae naturalis sum planè [illegible] esse debebat, eam quoque interio[illegible] etiam sub terrâ esse; quòd ignis non oc[illegible] secundùm omnes sui partes locum supre[illegible] in mundo inferiore, & cogitur vel Gerhar[illegible] agnoscere cogitur, rationem etiam vesti[illegible], ut loquitur, habere rectâ in Deo circa po[illegible] absolutam. 4. Cùm ait, non posse [illegible] fieri de illâ, ex rectâ in creaturis vesti[illegible], hoc est potentiae divinae effectis, confundi[illegible] quod in Creaturis est, sive veritatem quam Deus intellectui nostro impressit, rationémque

An con[illegible] Deo [illegible] ad[illegible] cósque [illegible] esse pos[illegible].

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

[illegible] confundit, [illegible], cum effectis [illegible] potentiæ ordinariæ, quasi scilicet Altisiodorensis [illegible] illis effectis ordinariæ potentiæ inferret, & ex eo, quòd aliquid per potentiam ordinariam [illegible] non possit, concluderet; id nec per potentiam absolutam fieri posse. Sed ita Altisiodorensis argumentatus non est; verùm ex eo quod [illegible] rationis sanæ contradictoria aliqua esse [illegible] cat, infert, ea etiam implicare contradictionem respectu Dei. Alias verum est, principia [illegible] nis effecta potentiæ Dei [illegible] dici posse; sed propriè & accuratè loquendo veritatem Dei sequuntur, & ex illa promanant, seu sunt [illegible] ipsa Dei. Vt igitur etsi veritas & potentia in Deo realiter idem sunt, tamen non confundenda veritatis [illegible] nec effecta earum; adeoque à veritate Dei, ad ipsam veritatem Dei, rectè [illegible] latio; & qui ab [illegible] veritate Dei in intellectu nostro existente argumentatur, non est [illegible] argumentatus à potentia Dei ordinaria. [illegible] Quod addit multa à Deo fieri præter naturæ legem [illegible] non iuvat; verum enim est multa fieri ab eo præter & supra naturam; sed nihil contra naturam propriè loquendo. Atque hoc primum argumentum nostrum est, ex Scriptura quidem [illegible] petitum: quod ea quæ ratio sana deprehendit esse contradictoria, nullo modo in æternum fieri possint ex parte Dei.

II.

Quia contradictoria, ut fiant, repugnat ex parte obiecti; 2. Quia contradictio non potest habere rationem obiecti, quod exerit [illegible] potentiam Dei. Ratio, quicquid enim à Deo

producitur, Ens est; quandoquidem Deus Ens & quidem summum est, adeo ipse non potest non esse sibi, quantum ad hoc attinet, producere. Vide D. Thomae assertionem, cujus hoc argumentum est. *Est autem, inquit, considerandum, quod cum unumquodque agens agat sibi simile, unicuique potentiae activae correspondet possibile, ut obiectum proprium secundum rationem illius actus in quo fundatur potentia activa. Sicut potentia calefactiva refertur, ut ad proprium subiectum, ad esse calefactibile. Esse autem divinum super quod ratio divinae potentiae fundatur, est esse infinitum, non limitatum ad aliquod genus Entis, sed praehabens in se totius esse perfectionem. Unde quicquid habere potest rationem Entis, continetur sub possibilibus absolutis, quorum respectu Deus dicitur omnipotens. Nihil autem opponitur rationi Entis, nisi non Ens. Hoc igitur repugnat rationi possibilis absoluti, quod subditur divinae omnipotentiae, quod implicat in se esse & non esse simul. Hoc enim omnipotentiae non subditur, non propter defectum divinae potentiae, sed quia non potest habere rationem factibilis neque possibilis. Quaecunque igitur contradictionem non implicant, sub illis possibilibus continentur, respectu quorum Deus dicitur Omnipotens. Ea vero quae contradictionem implicant, sub divina omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem. Unde convenientius, &c.* Hoc fundamentum nimirum id solum potentiam Dei tandem cadere, quod habet rationem Entis, multis [illegible] quam Augustinus: Omnipotentem autem, inquit, Deum non ita dicimus, ac si eum etiam mori posse credamus: & quia hoc non potest, ideo nō

An contradictoria a Deo fieri [illegible] esse possint.

1. q. 25. a. 3.

An contradictoria à Deo fieri, eoque simul vera esse possint.

sit dicendus Omnipotens. Ille planè Omnipotens verè solus dicitur, quia verè est, & à quo solo est QVICQVID ALIQVO MODO EST vel spirituale vel corporale; quia universâ creaturâ suâ utitur ut ei placet. Ubi Augustinus de objecto partim potentiæ absolutæ, partim ordinariæ agit. t.6.l.26.con. Faustum cap.5. Ita tamen hoc & priore modo repugnat ex parte objecti, ut contradictoria fieri possint. 2. Etiam eatenus repugnat ex parte objecti, quia si contradictoria fieri, & simul vera esse possint, tunc verum non esset affectio reciproca Entis: sic enim Ens, posset etiam esse falsum, & non Ens posset esse verum.

III.

Quia si ea quæ in Logicâ nostrâ, ut Gerhardus loquitur, implicant contradictionem, fieri possunt; tum Theologia & philosophia seu ratio, nonnunquam inter se pugnabunt. Atqui hoc falsum esse supra ostendimus. Ergò.

Exceptio.

Excipit Vir doctissimus adversus Alstedium, qui eodem modo argumentatus erat, dicens: *nulla pugna est inter principia naturæ & Scripturæ Dei sola conceptione divinas, &c.* Excipit, inquam, *Inter principia naturæ & verbum revelatum, nisi ut per se nulla est pugna, si naturæ hæc principia naturæ verbo revelato subjiciantur: sed si quis ex naturæ principiis velit contra verbum revelatum argumentari, & ex potentiâ Dei ordinariâ oppugnare absolutam, eum talem velle judicare de meridianâ luce, ut noctuam de coeco fonte. Principia naturæ confirmant* quidem

[illegible] sunt, prima veritatis [illegible] sapientiam, & potentiam non comprehendunt, nec exhauriunt.

Respondeo: Esse fallaciam plurium interrogationum: aliud est oppugnare ex principiis rationis verbum revelatum, & potentiam Dei absolutam, quod a nobis non fit, nec enim quae [illegible] dicunt fieri à Deo nos autem negamus, in Verbo Dei dicuntur: aliud est ex naturae principiis, & secundum ea ex verbo de potentia absoluta suo modo judicare: quod neque immensae [illegible], nec fonti inexhausto, nec infinitae & incomprehensibili potentiae quicquam detrahit.

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

IIII.

Quia si quae in Logica nostra contradictionem implicant, fieri absoluta potentia Dei possint, cum quidvis absurdum potentiae praetextu excogitari, haereticis & omnis generis fanaticis erroribus campus aperitur: ut supra etiam [illegible] cap. 1 [illegible] diximus. Et certè iam in Veteri Ecclesia praetextus adversariis Christianae veritatis, haereticis fuit potentia absoluta Dei. Ita Celsus contendebat Deum posse iniustè agere, quia Omnipotens dicitur. Origen. libro 3. adv. Celsum. Ita Pelagiani liberi arbitrij ferocitatem & insolentiam defendebant, ex eo quod homo in hac vita ESSE POSSIT sine peccato: *Nam qui dicunt*, ait Augustinus, *esse posse in hac vita hominem, sine peccato, &c.* tom. 7. parte priore li. 2. de peccat. meritis c. 6. Id quod Chemnitius de potentia Dei absoluta interpretatur:

An contradictoria à Deo fieri ad eo queat, vt [illegible] vera esse possint.

Memoratae, aut de Patribus Tridentinis. Ferbatur enim Augustinum negasse fecisse [illegible] latione; quod secundum absolutam Dei potentiam non sit impossibile, ut per gratiam Dei remanens aliquis in hac vita sit sine peccato, Augustinum vero de peccat. merit. & remiss. lib. &c. Ita Theopaschitae ex absoluta potentia probabant Deitatem passam, apud Theodor. Dial. 3. c. 4. Ita Monothelitae etiam potentia absoluta Dei haeresim suam tegere solebant, referente Maximo Monacho, ut videtur lib. 1. cap. 7.

His argumentis addo testimonia Patrum tam Graecorum, quam Latinorum. Ex Graecis Origenes contra Celsum libro 3. ait: [illegible]. *Potest secundum nos omnia Deus, quae cum possit non excidit a natura, qua Deus est, & bonus & sapiens.* Et infert Deum non posse iniuste agere, quia hoc sit contrarium Deitati & omnipotentiae. Theodoretus Dial. 3. [illegible]. *Multa dicimus impossibilia esse potenti Deo; sed tamen nihil posse non infirmitatis, sed immensae potentiae certissimum signum est; posse autem impotentiae atque non potentiae.*

Ex Latinis. Ambrosius Epist. 37. *Quomodo Deus omnia potest, si aliquid (ut mentiri) efficere non potest? Quid enim est impossibile? Non quod virtuti est arduum, sed quod naturae eius contrarium, &c. Hoc igitur impossibile non plenitudinis est, quae minuere se & augere non potest; non infirmitatis,*

pacem et quod se angelis contendisset: ex quo colligitur compossibile Dei potentissimum esse.

An contradictoria Deus facere adeoque simul vera esse possint.

Augustinus probaturus Deum non posse facere, ut quæ facta sunt, facta non fuerint: regulas nobis, & maximas tradit notatu dignissimas, quæ ut generales sunt, & ad omnia contradictoria se extendunt: ita ostendunt quemadmodum istam contradictionem de tempore verum facere non potest, etiam cetera contradictoria eum facere non posse. *Quisquis itaque dicit, Si omnipotens est Deus, faciat ut quæ facta sunt, facta non fuerint, non videt hoc se dicere, Si omnipotens est, faciat ut ea, quæ vera sunt, eo ipso quo vera sunt, falsa sint*, & c. l. 26. cont. Faustum cap. 5. Item: *Hanc sententiam Deus falsam facere non potest, quia non est contrarius veritati. Quod si quemadmodum sit hæc vera sententia, prius incognitum non adsit, cum id verum sciremus & diceremus. Sed si de animo nostro ablata fuerit, cum id quod sciebamus oblitioni fuerimus, remanebit in ipsa veritate.* Item *Hæc veritas Deum non patitur adversarium, quo est summa & incommutabilis veritas, qua illustratur, ut sit, quicquid in quorumque animis & sententiis verum est.* Et cap. 3. ostendit Deum nihil contra naturam seu rationem in abstracto consideratam facere: *Deus autem creator & conditor omnium naturarum, nihil contra naturam facit.* Item *Contra illam vero summam naturæ legem a notitia remotam sive impiorum sive adhuc infirmorum, tam Deus nullo modo facit, quam contra se ipsum non facit.* Ita Augustinus.

Accedunt his testimonia Ipsorum etiam Pro-

cessantium, qui à nobis Reformatis cæteroquin dissentiunt.

An contradictoria à Deo simul adeoque simul vera esse possint.

In quâ se agmen ducit Magnus ille Lutherus, libro de Servo arbit. ubi contendit præscientiam Dei, & libertatem hominis simul subsistere non posse, ex eo fundamento alioquin contradictoria simul vera essent, id quod dicit esse impossibile. Hoc argumentum Lutheri nullam vim haberet, si quæ contradictoria in Logicâ humanâ sunt, utroque falsis, possent vera simul esse in Logicâ divinâ. Promptum enim esset excipere Pontificio adversus Lutherum, absurdi nihil esse neque impossibile, ut contradictoria simul sint vera; libertatem hominis & præscientiam Dei esse contradictoria in Logicâ humanâ, non divinâ. Verba Lutheri sunt: *Difficilem quidem esse quæstionem fateor, imò impossibilem, si velis simul velis constituere & præscientiam Dei, & libertatem hominis. Quid enim difficilius, imò magis impossibile, quàm ut contradictoria aut contraria non pugnare contendas, aut ut simul aliquis numerus sit decem, & simul idem sit novem.*

Tom. 2. Witteb. 1551. fol. 457.

p. 64. 65. 66.

Cornelius Martini quem sæpius laudavimus, contendit in lib. 2. de Analysi contradictoria in æternum vera esse non posse.

Horneius de processu disp. c. 5. §. 1. *Quin etiam quosdam [illegible] processisse videmus, ut ipsum contradictionis principium admittendum semper esse, disertè dicant.* & §. 2. *Cùm tamen non contemnendi alios Protagoras, Heraclitus, & alij nullam veram contradictionem dari disputarint, ut ex Euthydemo Platonis & Aristot. 4. Metaphys. c. 3. notum est, sed & hodie sint, qui in manifestâ contradictione depre-*

deprehensi ridiculosque [illegible] velle sibi credi, volunt. An [illegible] *principium contradictionis eluisse se [illegible] putant, si dixerint, aut in [illegible] rebus illud non valere, aut certè quid contradictio sit, ecl. [illegible] semper non posse; id nobis ostendendum est, primò, principium Contradictionis, id est, quod duo contradictoria non possint, ullo modo simul esse vera, in omni omnino materiâ certissimum esse & irrefragabile, quiq; id negent, eos nescire ipsos, quid dicant. Secundò, &c.* & §. 3. De priori puncto res tam liquida est, ut id potius quæri possit, quomodo eousque absurditatis quisquam devenire queat, ut illud in dubium vocet, &c. & §. 4. Dicit, *id principium non de rebus philosophicis, sed maximè de Theologicis etiam valere*, & quæ reliqua ibi doctè, de eâ priore quæstione disserit, quæ lectu digna sunt. Et §. 5. *Eam quibus reca est contradictio, Deo nullo modo tribui possunt.*

Meisnerus philosoph. con. Calv. 9. Metap. 3. ait: *Ex hic deduco tale axioma: Quod semel verè verum est, id nullo loco & tempore nullo, & in disciplinâ nullâ potest esse falsum.* Id quod probat à natura veritatis, item à causa efficiente Deo probat, ubi hæc verba inter alia notanda sunt. *Si ad ergò principium philosophicum, si contrarium est hûc efferre Theologicum,* (loquitur de hoc: *Ignis urit, quis non urit.*) *Deus contraria statuet. Quomodo igitur veritas Dei quomodo immutabilitas Dei salva manebit & illæsa? Verdicus est, qui contradictoria profert? An etiam contradicentium utraque pars erit vera?* Hæc & similia ibi Meisnerus. Ut mirum iam sit, undecunque sui obli-

An contradictoria à Deo fieri adæquatè possint, quæ vera esse possint.

p. 87. pag. 88. 890.

cuum, hoc axioma. *Contradictoria pro$ueritum esse impossibilia, ut dicunt periculosissimum principium Logicum appellare.* Ubi cum non excederit [illegible] erit distinctio Essentiae & existentiae ut supra ostendimus. Et sic ostendimus veritatem huius sententiae, contradictoria nullo modo vera esse, nec à Deo fieri posse.

An contradictoria à Deo fieri ac cognosci ut vera esse possint.

Nunc argumenta Gerhardi solvenda sunt, quibus adversarium, hoc est, *Deum facere posse contradictoria*, probare conatur.

Ad primum igitur illius probationem ex sacra Scriptura petitam, dico loca illa Scripturae nequaquam pro Gerhardi sententia facere. Loca Genes. 18. 14. Matth. 19. 26. Luc. 18. 27. loquuntur de omni re sive ENTE, quod Deum omnia posse extra controversiam est: non autem loquuntur de NON ENTE quale est contradictio. Eadem ratio est loci Luc. 1. 37. ubi dicitur πᾶν ῥῆμα *omne verbum*, hoc est, Hebraismo noto כל דבר *omnis res*, & in specie ea quae promissione Dei seu verbo illius firmata est, ut hoc loco. Nostra igitur sententia vera est, (ut Thomae verbis utar) *contra verbum Angeli dicentis, non erit impossibile apud* DEUM *omne verbum. Id enim quod contradictionem implicat verbum esse non potest: quia nullus intellectus illud potest concipere.* Zach. 8. 6. Sermo est de eo quod Deus promiserat, & velle se declaraverat, nimirum de restitutione Hierosolymorum temporali post captivitatem Babylonicam, & vel etiam spirituali. Et sic pariter non ad rem, locus ille allegatus: constat enim DEUM omnia posse quae vult. Ephes. 3. 20. dicitur Deum posse fa-

Thom. 1. q. 25. art. 3.

cere

[illegible] SVPER omnia [illegible] su-perabundanter quam petimus, aut intelligimus: [illegible] non sequitur DEVM contradictoria pos-[illegible]. Aliud est SVPRA rationem & naturam fa-[illegible]: aliud CONTRA. Illud Scriptura dicit, [illegible] hoc: illud DEVS citra controversiam & [illegible] & facit in plurimis, non hoc.

An contradictoria Deo facere sit, atque simul vera esse possint.

Addo, ut id quod Vir doctissimus infert: Si [illegible] potest facere ea quæ superant intellectum [illegible], utique etiam facere potest ea quæ in [illegible] Logica contradictionem implicant: id, [illegible], perperam infertur. Notatu digna [illegible] quæ Iacobus Martini Professor VVittem-bergensis Lutheranus Vir Doctissimus, de dif-[illegible] horum duorum loquendi modorum [illegible] Metaph. lib. [illegible] c. [illegible]. *Contra naturam [illegible] quæcunque fiunt, causis secundis inter [illegible] repugnantibus, ut una alteram [illegible] fortior [illegible] & [illegible] cogatur [illegible] domini & [illegible]. Sic [illegible] aqua [illegible], qui [illegible] naturam est, & [illegible] sine [illegible]. Supra naturam fieri & esse dicuntur illa, [illegible] a natura naturante fiunt, a prima causa, non se-cundum constitutum & perpetuum naturæ ordinem [illegible] in prima creatione & [illegible], sed [illegible] modo, & quidem sine ulla [illegible] [illegible] repugnantia [illegible], [illegible] & in [illegible] producuntur. Causæ [illegible] naturales [illegible] Creatori cedunt, [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] ipsi [illegible] propter eum qui [illegible] illas subiecit. Et [illegible] esse, [illegible]*

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

necessarium à Deo est. Id itaque quod [illegible] vel omnino non esse vel falsum alio modo esse [illegible] quare nihil prohibet: cum tamen id quod est [illegible] praeter Deum & à Deo. Sic non contra, sed supra naturam evenit, quod virgo peperit filium, &c. Sic ipsa [illegible] in fornace Babylonica divina virtute impedita, non contra, sed supra ignis naturam fuit. Nam ignis nulla fuit laesa, siquidem Deo vires subtrahente necessario ignis ad actionem vires requisitas; cum causae secundae non agant nisi impulsae à prima. His verbis [illegible] solum docet aliud esse *contra*, aliud *supra naturam*, & in quo consistat ea diversitas; sed [illegible] fundamentum proponit, cur Deus non dici possit CONTRA naturam agere: quia scilicet natura ei non repugnat.

Repetimus autem hic distinctionem vocis ambiguae CONTRA, (ut occasiones calumniandi praecidamus:) nimirum nos hac particula uti strictè & propriè, non autem latè & impropriè, quomodo h.e. quatenus sumitur pro PRAETER, SUPRA, ULTRA, libenter concedimus Deum aliquid côtra naturam non posse solum, sed etiam innumera facere & fecisse. Sed de eo quaestio non est. Hac distinctione observata facilè conciliari possunt Theologi Reformati dicentes interdum Deum nihil facere côtra naturam & rationem. Interdum autem dicentes, eum facere multa & fecisse contra naturam. Qua libertate in voce *contra* etiam Augustinus nonnunquam utitur.

Quod verò ex illis Scripturae locis Gerhardus infert: *Si Deus omnia sua absoluta potentia posset, nihil esset impossibile excepto eo, quod contradictionem & turpitudinem* [illegible]

[illegible] sed contradictio ex possibilitatum, [illegible] etiam ostendimus. Quod addit, *aut non [illegible] apud Deum absolutè possibilia non posse*, respon[de]o, neminem Orthodoxum unquam dixisse Deum [non] posse omnia possibilia, & sic non posse ex[igi]tur à nobis, ut afferamus exemplum aliquod [illegible] quod Deus non possit. Caetera autem quae [non] Entis sunt, monstrari facilè possunt plurima quae Deus non potest, etiam absolutè ita po[ss]e. Ita Augustinus dudum monstravit Deum [non] posse facere, ut praeterita non fuerint, *libro contra Faustum* cap. 15. Sic etiam Deus non potest facere, ut plures Dii sint uno; non potest [illegible] peccare, [illegible] mori. De [his] vide partim Thomam 1. q. 25. art. 4. par[tim] gravissimum Theologum Zanchium, lib. 3. [de] nat. Dei cap. 1.

An contradictoria Deo sint adeò ut simul vera esse possint.

Quod infert, *si potest facere impossibilia apud [illegible] etiam facere potest impossibilia apud rationem [nost]ram*, resp. Concedimus de ratione humana concreti[illegible] est in hoc vel illo homine: scilicet, in quadr[illegible] humana Petri, Johannis, Socratis, & c. ali[qui]d Deo impossibile. Negamus autem de ratione [huma]na abstractivè, eo quod ratio abstractivè sumta [non di]cet aliquid Deo impossibile esse, sed ideò [illegible] ratio judicat omnia Deo esse possibilia, h. e. [quae]cumque Entis rationem habent. Quia igitur [illegible] ratio non judicat, Deo aliquod Entis esse impossibile, sed contrà censet Deum omnia posse, hinc falsum est Deum posse impossibilia apud [rat]ionem nostram. Cùm enim ratio non di[cit] Deo aliquod Ens impossibile esse, hinc certè [illegible] non potest Deum ea posse, quae ratio dicit

An contradictoria à Deo fieri adeò quæ simul vera esse possint.

impossibilia esse. Id quod verum est, non solum de ratione sumta abstractive, sed etiam prout ea est concretive in quibusdam hominibus, id est illis qui veram rationem ducem sequuntur. Cum enim dicimus rationem concretive sumtam errare circa obiectum potentiæ divinæ, id intelligendum est de omnibus hominibus: si enim errare omnes possint homines, non tamen omnes in eo errant, sed illi tantum qui à luce divinæ rationis veræ recedentes tenebris latè se tanquam pallio involvunt; qui autem veritatem Dei in naturâ patefactam, & Scripturis confirmatam ducem fidelem constanter sequuntur, rectè de Dei potentiâ iudicant. *Spiritualis denique rationalis creatura, in quo genere & anima humana est, quantò amplius illius incommutabilis legis lucisque fit particeps, tantò magis videt quid fieri possit, quid non possit: quantò autem remotior inde fuerit, eò magis miratur insolita, quò minus cernit futura*, ait Augustinus libro 26. contra Faust. cap. 3.

Ait Deum absolutâ suâ potentiâ ad Contradictionem Logicam legésque humanæ rationis non esse alligatum. Id verum est, nec nos contrarium dicimus, aut quicquam statuimus ex quo sequitur Deum ad Logicā humanam esse alligatum. Absit hoc: sed id saltem ex nostrâ sententiâ efficitur, statuere nos, Deum liberrimè, immutabiliter tamen veracem esse, sive in naturâ, sive in Scripturâ loquatur, cui veritati potentia Dei absoluta contraria non sit.

Quod etiam distinguendum dicit *inter contradictionem Logicè dictam seu Dei, longè hallucinatur*

captum

*... nostram transcendentis, & contradictiones ... gica humana, seu humanis captum non transcen- ...*ar: sicut in praecedentibus ipse se declarat, ... non posse facere absolutè & simpliciter ... tradictoria, posse tamen facere ea quae in Lo... â nostrâ implicant contradictionem: ... verum esse intellectum divinum, quem hic ... Logicam divinam transcendere, & infi- ... modis superare intellectum & Logicam no- ... sed exinde non sequitur, Deum posse ea ... in nostrâ Logicâ contradictionem impli- ... Tum demum illud sequeretur si Deus ... tra Logicam rationem sanam, veritatem sui ... naturâ plantatam aliquid conciperet, diceret, ... ret: quod non esse ostendimus. Verum qui... ... Logicam nostram in adaequatione ve... ... deficere, ita ut totam veritatem divi... ... non contineat, & ad omnia se extendat, ac ... ... conceptus de iis formet; non ta... ... potest aliquid Veritati divinae contrarium ... ... Et vice versâ, Scripturae & intelle... ... divinae veritas, plurima imò infinita supra ... ... & Logicam nostram continet ac com- ... ... sed nihil contra eam. Cùm enim alteru- ... contradicentium falsum sit, Logica sic ha- ... falsum aliquid quod repugnaret veritati ... ; imò veritas Dei sibi ipsi repugnaret, ut ... ... partim suprà alio capite, partim etiam ... hoc docuimus.

An contradictoria à Deo fieri adeóque simul vera esse possint.

Ita ut iam appareat perperàm hic distingui ... gicam humanam & divinam. Opponit e... Vir doctissimus Logicam humanam, quam ... & divinam, tanquam si in unâ falsum &

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

contradictoriam esse posse, quod in altera sumitur, & non contradictoriam. Quae oppositio (quam ipse hic distinctionem vocat) minus locum habet, quod & ipsa Logica nostra, hoc est, veritas in ea contenta non tam humana quam divina sit. Augustino teste lib. 2. de doct. Christ. cap. 31. *Ipsa Veritas connexionum* (quam in Logica tradi testatur ea Ecclesiae doctor) *non instituta, sed animadversa est ab hominibus & notata, ut eam possint vel discere vel docere. Nam est in rerum ratione perpetua & divinitus instituta.*

Citat Meisnerus philosoph. sob. contra Calv. Metaph. 4. Michaelem Schaefferum & ipsum Lutheranum (quem praestantem Theologum appellas, mihi quidem illius scripta videre non contigit) sic loquentem: *Dicam breviter quid sentire nos oporteat. Philosophia vera certe maxime est VERITAS DEI: hac enim Augustinam appellatione à Spiritu S. insignitur Rom. 1. 18,* 24. Cum igitur Veritas quam in nostra Logica collocavit, & ipsa quoque divina sit, manifestum est, minus convenienter hic veritatem divinam ei opponi. Certum est distingui non uno modo posse veritatem quae in nobis est, à veritate quae in Deo est; sed cum huic ut haec illi opponere, quod ea falsum etiam & contradictoria, haec verum tantum contineat, saepe sub mutetur appellationem harum divinae & humanae Logicam non licet. Nec ignoramus V. doctissimus & nostram Logicam divinam esse sed invito nomine abstinere & humanam appellare. Si enim divinam quae in ea est veritatem

...ne aperte dixisset; nemo adeò incautus fuisset, quin protinus deprehendisset, in ea falsa & contradictoria esse nihil posse. Loquamur autem perpetuò de Logica ratione, philosophia absolute considerata, non autem de hujus vel illius hominis cerebro, cogitatione & opere.

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

Sed nec hoc praetereundum, quod fatetur *absolutè & simpliciter contradictoria dari non posse.* Sic diceret aliquam verius hoc nihil quemquam fieri posse. Ita est quidem: sed ipse longe aliter intelligit. Contradictoria enim non posse dari simpliciter, est ei nihil aliud quàm non posse esse contradictoria in Logica divina, etiã si humana esse possint, ut ipse se declarat. Sed nos jam ostendimus, nec in Logicâ humana dari posse. Ita ut jam appareat, Virum doctissimum perperàm definire ea quae absolutè & simpliciter contradictoria sint. Vera doctrina haec est; ea quae in Logicâ reverà contradictoria, & non apparenter sunt, absolutè & simpliciter cõtradictoria esse. Talia enim absolutè & simpliciter Enti repugnant; cùm significent simul esse & non esse, & praedicatum simpliciter subjecto repugnet, adeò ut Entis rationem habere non possint.

Quod denique addit, distinguendum inter ea *quae sunt supra terminos Logicae & rationis, & quae sunt intra eos, & à ratione percipi possunt;* agnoscimus, sed pariter id ad rem non facit, etsi enim talia supra rationem sint, ei tamen ut non aequam contradicunt, ut diximus. Atque haec ad primam probationem.

Secunda probatio ex Augustino & Thoma

An contradictoria à Deo fieri adeóque simul vera esse possint.

suffragia est petita, sed praeter rem. Vult enim probare Gerhardus Deum, ut absoluta sua potentia omnia posse, adeoque etiam contradictoria & ut id probet ex Augustino, affert locum, in quo Pater non loquitur de potentia absoluta Dei, sed actuali, ut ex ipsis verbis Augustini liquet: *Illud est certissimum, nihil eorum esse impossibile quaecunque voluerit, atque non credere prudentem,* &c. Item, *Deus non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quoniam, quicquid vult potest.* Hic certè luce clarius meridiana est Augustin. de potentia actuali nō aūt absoluta loqui. Thomā quod attinet, is verò etiā opinioni illi de contradictoriis adeò nō favet, ut potiùs expressè eā oppugnet, & cōtra statuat, ac probet Deum non posse facere cōtradictoria. Nec sibi verbis allegatis repugnat; nihil enim aliud ibi agit, quam ut ostendat intellectum nostrum in hac vita plurima adhuc de Deo ignorare. Sed id pro opinione sequente nihil facit: non enim sequitur, si homo multa de Deo ignorat, E. contradictoria Deus facere potest, vel Ergò fallitur intellectus, cùm dicit Deum ea facere non posse.

Ad *tertiam* probationem eamque duplicem ex ratione petitam, committitur in utraque paralogismus plurium interrogationum. In priore enim concluditur, tùm non limitandam esse potentiam Dei, tùm non dicendum esse Deum posse omnia possibilia: quae diversissima sunt. Potentiā Dei certè limitare nemo praesumere debet, cùm ea infinita sit; sed neque ex nostra sententiā sequitur nos eam limitare. Qui enim potentiam Dei extendunt ad omnia quae sub

ratio-

[illegible]tionem Entis cadunt, nam infinitam eo ipso [illegible], & absque limite atq; immensam. Quod [illegible] ad non Ens eos excludimus, h.e. ut possit fieri, ut idem sit, & non sit eodem per omnia respectu, id non magis limitat Dei potentiam, quam cum Deum non posse mori, pati, &c. dicimus, & cum *Augustinus* dicit, Deum non posse facere ut praeterita non fuerint. Quod vero reprehendit, dicentes, *Deum possibilia omnia posse*, & [illegible] nobis debere religionem esse ita dicere: observandum est virum doctissimum ipsum paulo ante id ipsum dixisse. Aiebat enim, si Deus omnia sua absoluta potentia potest, NIHIL CERTE POSSIBILE EXCIPITUR. Qui nihil possibile à potentia Dei excipit, is certe dicit Deum possibilia omnia posse. Ubi observandum Reformatos Theologos non sese redigere, & alligare ad hanc ipsam formulam loquendi, Deus omnia possibilia potest, sed pro indifferenti habere, sive dicat aliquis cum Thoma, *Deum dici omnipotentem, quia possit omnia possibilia absolute.* 1. q. 25. ar. 3. sive quis dicat, *eum omnia posse quae neque imperfectionem significant, neque contradictionem implicant*: sive denique, *eum omnia posse quae Dei naturae non repugnant*. De quibus modis loquendi vide Zanchium lib. 2. de nat. Dei c. 4. q. 1. ubi ait *diversos quidem esse, sed tamen ad extremum eodem recidere*. Item, *si quis diligenter has tres responsiones simul conferat & examinet: videbit eas nihil aut parum inter se differre.* Igitur Reformati Theologi non se addicunt isti formulae loquendi, quam Gerhardus selegit, ut eam à nobis reprehenderet. Ultima tamen loquen-

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

An con- tradictio- nis Deo fieri ad- æquatè nihil vere esse pos- sint.

di forma convenientissima est, eodem Zanchio, ab ipso in loco alleg. *nam Apostolus, inquit, contradictio, cum adeo ait Deum se ipsum negare non posse, quia fidelis est.* Saltem hoc notetur, abstinendum ab his duabus formulis loquendi, Deum esse Omnipotentem, quia possit omnia quæ sunt possibilia naturæ creatæ, aut quia possit omnia quæ sunt possibilia suæ potentiæ. *Non potest dici*, ait rectissimè Thomas, *quod Deus dicatur Omnipotens, quia possit omnia quæ sunt possibilia naturæ creatæ, quia divina potentia in plura extenditur. Si autem dicatur, quod Deus sit omnipotens, quia potest omnia quæ sunt possibilia suæ potentiæ, erit circulatio in manifestatione omnipotentiæ. Hoc enim non erit aliud, quam dicere, quod Deus est omnipotens quia potest omnia quæ potest.* Ita Thomas loco allegato. Vnde apparet eum modum loquendi, quem etiam allegat Zanchius, esse convenientissimum ex illis esse de quibus ibi Zanchius, cum inquit, quo dicitur, Deum posse omnia quæ ipsius omnipotentiæ nihil derogant.

Ita quoque patet Scripturam nobis non adversari, ut Gerhardus putat, cùm dicit eã, *nihil apud Deum impossibile, &c.* imò eo ipso pro nobis pronunciat. Cum enim dicit, *nihil esse impossibile*; certè dicit nullum Ens ei esse impossibile. *Nihil* enim, non Ens vel nullum Ens est.

In ratione posteriore idem defectus est, qui in priore, & præterea etiam fallacia ignorationis Elenchi. Concludimus enim ibi intellectum humanum non posse esse regulam Omnipotentiæ

divinæ,

gimus quod adversum nos movet ea.... Absit e-
nim, ut rationem nostram regulam illius poten-
tiæ, nec id etiam ex nostra doctrina sequitur.
Regulam potentia divina propriè loquendo nul-
lam habet, cum sit infinita; regula autem omnis fini-
ta sit. Saltem hoc dicimus, & hoc ex nostra sen-
tentia elicitur, rationem sanam esse facultatem,
quæ potentiam divinam aliquatenus cogno-
scit.

An contradictoria à Deo fieri atque simul vera esse possint.

Ait non esse impugnandum vel negandum, quod in Sacris literis credendum proponitur ex eo quod captum superent, & impossibilia atque adeo contradictoria videantur. Respondeo; nos non oppugnare ea quæ in Sacris literis proponuntur, & eas nullum exemplum, vel dogma proponere quod faveat opinioni isti [illegible]; oppugnamus saltem opiniones quæ præter, imò contra verbum Dei Ecclesiæ obtruduntur. Sed hæc nova accusatio non est, eidem Santhesius olim Bezæ objecit, in gratiam Romanensis erroris.

Oppugnamus autem eas, non eo prætextu, ut putat, quod captum superent, sed quia contrariantur veritati quam Deus in natura, & verbo suo plantavit: nec ideò quòd impossibilia & contradictoria VIDEANTUR, sed quòd reverâ contradictoria sint.

Confundit denique & iudicium [illegible] de potentia Dei, & [illegible] statuere, Deum non posse plus præstare, quam ratio humana intelligit præstari posse. Quæ duo tamen confundenda non fuerant: aliud enim est *iudicare de potentiâ Dei*, aliud temerariè de eâ quicquam statuere. Teme-

An con-tradicto-ria à Deo fieri ad-eóque si-mul vera esse pos-sint.

tamè quicquã de ea statuere nõ licet, & injuriâ nos illius temeritatis accusamus. Perperam etiam nobis impingitur, nos statuere Deum non posse plura praestare, quàm ratio intelligat posse praestari. Iudicare autem de ea licet suo modo, hoc est, cognoscere & indagare quid sub potentiam Dei cadat, quid non. Id quod ipsi sanè diffiteri non possunt, qui in eo nobis adversantur, dum ipsi de potentiâ Dei judicant & pronunciant, Deum nimirum etiam contradictoria posse. Dico autem posse hominem certo modo de ea judicare, hoc est, nôsse in genere saltem quid illi tribuendum sit, quid ei conveniat, quid non. Ubi tamen facilius est pronunciare negativè, quàm affirmativè, hoc est quid Deus non possit, quàm quid possit. Iudicare autem de illa nemo potest ita, ut eã penitùs cõprehendere possit, vel ratione essentiae seu naturae, vel ratione objecti, vel ratione modorum agendi: haec enim omnia infinita sunt. *Dei enim potentia cum realiter idem sit cum essentiâ, infinita est, & verò nunquam ita ac tanta sunt, quae efficit quin semper plura ac maiora efficere possit: ac denique nunquam ita intensè & efficaciter agit, quin intensiùs vel efficaciùs agere possit*, ait Zanchius quem videsis loco allegato. Iudicare etiam de ea nemo ita potest, ut putet eam non posse ea quae supra naturam sunt. Iudicare quoque de ea non potest, ut rationem suam regulam & normam potentiae divinae esse putet. Nec etiam ita de potentia Dei judicare debet, ut aliquid in Theologiam inferat, praetextu potentiae divinae, nisi antea de illo ex verbo constet: *Quaestio est, non quid Deus*

possit,

posse. Sed non ex absoluta Dei potentia, quandoquidem [illegible] sit. Deus enim noster in cœlo, omnia quæcunque voluit fecit. Potentia igitur & voluntas Dei coniungenda sunt, quando statuere volumus Deum aliquid facere. De voluntate autem ipsius ex verbo iudicandum est; ait Chemnicius Exam. Concil. Trident. part. 2. de invoc. Sanct. Multò minus ita de ea iudicare debemus, cùm verbum Dei expressis & conceptis verbis aliquid statuit, ad illud evertendum, aut detorquendum in alium sensum, confugiatur ad omnipotentiam Dei. Denique non ita de ea est iudicandum, ut non Ens, contradictoria, quę impotentię, quę denique naturę Dei contraria sunt, ei pro obiecto assignentur. Hæc etiam de hac quæstione, an Contradictoria vera esse possint, seu à Deo fieri, quã quæstionem proponere solent, inter alia in eum finem, ut rationi iudicium de contradictione in Controversiis de rebus fidei eripiant.

An contradictoria à Deo fieri adeoque simul vera esse possint.

Corollarij loco moneo, nihil à Protestantibus illis Theologis obijci in hac parte Reformatis, quod non etiam Romanenses pro Transsubstantiatione exprobrent. Nam & hi aiunt eos qui Transsubstantiationem negant, negare Omnipotentiam Dei, ei non plus tribuere quàm ordo naturæ patitur, limitare & finibus circumscribere Omnipotentiam, negare ea quæ in verbo sunt, ideò quod impossibilia sint, & similia alia.

Caput IX.

Ex ratione argumentum sextum.

An iudicium infallibile intellectus detur

A fallibilitate intellectus humani petitū argumentum Protestantium quorundam, & Iesuitæ medium quartum. Probationes octo minoris. Responsio ad argumentum & ad illius probationes. Quatenus fidelis habeat iudicium infallibile intellectus? An verè iactet Iesuita, Reformatos non posse esse certos fidei suæ? Molinæus & Ferrius à calumnia vindicati.

QVÆ facultas non infallibilis, sed fallibilis est, illius principijs in argumentis circa articulos fidei non est utendum.

Atqui ratio siue intellectus, iudiciumue humanum est facultas fallibilis. Ergò.

p. 38. 39. Meisnerus *quæst. gen. de usu phil. in Theol.* contendit, *nullam certitudinem in ratione esse. Quæ ibi certitudo, inquit, ubi perpetua dissensiones, ubi* aliæ

aliter hic, aliter ille statuunt. Et infert, *quod ratio fi-di divinam efficaciam, seu divina indubitanter co-gnoscere non posse.* Item, *simplex potius quam certi-tudinem parere, sive in ... philosophicis intelle-ctus coniecturam.* Ex hoc fonte, quod scilicet certitudo infallibilis in intellectu nostro non sit, profluxit alia ipsius opinio de pugna philosophiae & Theologiae, quam suprà diluimus. Impossibile enim est cõvenire semper philosophiam cum Theologiâ, si in illa certitudo nulla sit. Defendit autem istam opinionem de incertitudine intellectus adversum Reformatos ob eam causam, quòd nos statuamus, ut ipse quidem ait, *fidem fundari ratione, seu non Philosophicis rationibus*, & quòd acta ipso argumentis philosophicis fidem confirmemus; ita enim mentem nostram alium in sensum capit & interpretatur, cùm nos principiis rationis utamur in argumẽtis è Scripturâ petitis.

An iudicium infallibile intellectus detur

Argumenta duo ibi profert, pro sua opinione: 1. *Cum enim universalia sit varia, & innumerabilibus erroribus circumdata, instar oculi vespertilionis, quomodo ratio perspicax esse possit in divinis, ut illa* INDUBITATE *cognosceret?*

2. *Et quando ibi* CERTITUDO *ubi perpetua dis-sensio, ubi aliter hic, aliter ille statuit pro diversa ingeniorum apprehensione? Nec enim ratio omni tem-pore aequè sagax est.* Ita Meisnerus.

Vir Doctissimus in Meth. suâ. Theol. Ratio, inquit, in rebus naturalib. etiã instar vespertilionis quandoque caligare deprehenditur, quantominus ergo de divinis INFALLIBILE IUDI-

[illegible]

An iudicium infallibile intellectus detur.

DICIV se proferre possit. Addit igitur hic rationem eandem qua & Meisnerum priore loco utimur.

p.129.

Veronius Iesuita post illos in omnium Protestantium ludibrium eam opinionem trahit, & in ea *quartam suam methodum* collocat, quam tractat cap. 8. §. 8. & cap. 9. §. 9. Cuius nervus in eo consistit, quod Protestantes *falli & errare possunt in omnibus suis consequentiis & interpretationibus, adeoque ne de ullam quidem veritate* CERTA ET INFALLIBILI PERSVASIONE *queant, unde sequatur, nullum articulum doctrinae ipsorum posse esse articulum fidei, utpote quos non probant nisi per consequentias.*

p. 245. & 338.

Ex hac Meisneri Viri Doctissimi & Veronii opinione formavimus nostrum argumentum, quod Iesuita ipse paulò aliter, & sic format:

p.340.

Nullus articulus elicitus per consequentiam in quà Protestantes falli possunt, potest haberi pro articulo fidei.

Atqui omnes & singuli articuli controversi quos illi eliciunt per consequentias suas è Scripturâ, sunt eliciti per consequentiam in quâ falli possunt.

Ergo.

p.296.

Maiorem probat Iesuita exinde, *quia cuius rei fundamentum infallibile non est, aut non satis firmum & inconcussum, illud firmum & infallibile non est. Igitur articulus fidei qui fundatur & nititur interpretatione fallibili, aut absque eiusdem interventu & virtute non potest esse verus aliquis de veritate articuli sui, non potest esse aliter quam fallibilis.*

Minorem quae in eo consistit quod iudicium

intellectu

intellectus humani fallibilis sit, ita ut in eo falli[bil]i & sic certitudinem habere Protestam nunquam possit, exinde probatur.

1. *Quia ex Protestantium doctrinâ ipsa Ecclesia errare possit.* Ergo ipsi infallibiles esse non possunt. Huc pertinet quod cap. 10. p. 342. dicit, nos, *ut nos [illegible] à credendis illis quae Patres docuerunt, [illegible] illi cum homines fuerunt, errare & labi potuisse.*

2. *A testimonio, quod ipsi [illegible] ore habent, Davidis dicentis: Omnis homo est mendax.*

3. *Quia non possunt afferre rationem aliquam [illegible] quae ipsis infallibilitatem tribuat, aut si [illegible] aliquam, certè multò magis privilegium [illegible] Patribus aut Ecclesiae tribuendum, quae hanc à [illegible] & doctrinâ [illegible] fuit, & ex eo tempore (ut Protestantes quidem volunt) in corruptionem [illegible].*

4. *Quia omnes doctores ipsorum Theologi [illegible] se errare & falli posse. In specie Molinaeus [illegible] nullum hominem posse esse iudicem controversiarum cum certitudine infallibili*, [illegible] & [illegible] cap. 2. *Ita etiam Ferrius idem fatetur*, & cap. 10. [illegible] p. 422. dicit, *Theologi Protestantes [illegible] fatentur se fallibiles esse, & omnes suas interpretationes esse sine certitudine infallibili.*

5. *Quia impossibile est ut doctrinae suae certi sint [in]fallibili certitudine, cum videant ipsi, contrarias esse eis Sanctos Patres.*

6. Quia si maximè consequentiae ipsorum & propositiones evidentia veritatis essent; tamen non possent Protestantes habere infalli-

p. 347. 348.

p. 336.

p. 372.

bilitatem eam quae ad eadem requiritur. Probatur: quia ea debet supernaturalis esse, fundata in revelatione, non autem in lumine naturae.

An iudicium infallibile intellectus detur. p. 342. 343. 344.

Haec sunt argumenta Iesuitae pro ista opinione & medio quarto. De quo medio Iesuita magnificè gloriatur, esse scilicet tantae efficaciae, ut illius vi compulsi nostri (& nominatim Mulingus & Ferrius) de causa sua desperaverint, & doctrinae suae nullitatem agnoverint, utpote quae non indubitatò certi esse possint, sed quam tantum ut probabilem opinionem in singulis articulis tueantur.

Respon.

Distinguenda est maior principalis Syllogismi hoc modo: quae facultas in se & per se non ita fallibilis est, ut ista potentia ad liberandum (quam potius imperitiam dixeris) semper & in singulis operationibus, sive exercitiis quae in actum educantur, illius principiis non est standum. Sed sic negatur minor. Nam 1. Intellectus, ratio, iudicium humanum abstractivè sumtum, & in se absque accedanea corruptione consideratum non fallibile, sed infallibile est.

2. Intellectus, ratio, iudicium humanum etiam in concreto sumtum, non semper fallibile est, potentia ea quae cum actu suo coniuncta sit, sed infallibile, quotiescunque à verbo Dei tanquam fundamento (cui ratio inservit) non discedit, sed ei subscribit, & in eo acquiescit.

3. Ex-

3. Experientia id [illegible]. Examinentur [illegible] argumenta nostra è Scriptura per interven[illegible] rationis rectæ elicita, & deprehendentur [illegible]bilis veritas, ac certitudo in illis, quæ per [illegible]sequens infallibilem etiam certitudinem in [illegible] generant.

An iudicans infallibile intellectus de[illegible] quit

4. Quia si intellectus noster simpliciter & [illegible] omnibus falli posset eã potentiã quæ [illegible] conjuncta est, ita ut nullo modo infalli[illegible] iudicium haberet, sequeretur inde ea ab[illegible], quæ lib. 2. dicturos [illegible] ea ipsorum o[illegible] qui negant licere uti principiis ratio[illegible] opinioni hæc subservit, seu veris illius [illegible] est. Nam sic fenestra aperitur o[illegible] hæreticis, fanaticis opinionibus, ac a[illegible] Scriptura sacra, & (secundum hypo[illegible] Romanensium) Ecclesia detruditur à [illegible] [illegible] in Ecclesiam introdu[illegible] omnia etiam ipsorum argumenta falsa [illegible].

Apparet igitur ex his argumentis intellectum [illegible] suo modo infallibilem etiam, & non [illegible] fallibilem esse. Quæ doctrina exacte & [illegible] à nobis libro [illegible] proposita est, ex [illegible] lectione manifestum cuivis erit, quatenus [illegible], quatenus infallibilis sit intellectus [illegible]: & quantopere ista infallibilitas, quam [illegible] Orthodoxi docemus, differat ab infallibili[illegible] quam Romanenses Ecclesiæ suç tri[illegible].

Rationes & argumenta sequentis opinionis [illegible] attinet, & quidem Mentzeri, tenendum

An judicium infallibile intellectus detur?

ait omnia cum falsâ hypothesi niti, etiam adversum nos Reformatos disputare. Adscribit enim nobis, *nos rationem pro fundamento fidei habere, & firmare fidem nostram rationibus philosophicis* quod falsum, ut lib. hoc cap. 5. ostendimus. Quomodo autem seu quo sensu Cl. Goslenius dicat fidem ratione stabiliri, cap. 15. hujus libri diximus.

Ad prius argumentū respondeo sequi tantùm, nō posse rationē ex se cognoscere veritatem sententiarum fidei, quod autem attinet ad veritatem connexionum eam indubitatè cognoscere potest circa res fidei. Nam in veritate connexionum sana ratio, prout hic à nobis consideratur, non caecutit aut caligat, sed eam indubitatè cognoscit, tàm in rebus naturalibus quàm fidei.

Ad posterius, ut quo etiam Veronius usus est, ut probaret rationi non esse permittendum judicium de rebus fidei, &c. respondimus cap.

Ad Iesuitae argumenta quod spectat, meminisse etiam tenendum est, cum pariter niti falsâ hypothesi, ut apparet ex probatione majoris, eâdem scilicet quâ & Meisnerus nitebatur. Putat enim nos fundamentum doctrinae nostrae in ratione, intellectu & consequentiis illius ponere, quod falsum.

Ad primam probationem minoris respondeo esse fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter; dicimus enim Ecclesiam posse errare, & fallibilem esse eo modo quem supra explicuimus; quo etiam modo nō negamus rationem errare & falli posse: sed inde non sequitur rationem

lo-

plicitet fallibile iudicium habere, ita ut eâ
entiâ quæ in actum educitur, falli possimus
quando sana ratione rectè utimur, & ver-
Dei tanquam unicum principium & fun-
entum rerum credendarum sequimur.

An fidelium infallibilis intellectus dicatur

Falsum autem est, quod ait nos eximere nos
ab iis quæ Patres docuerunt. Nam tantùm
ctat ipsorum doctrinam ubi cum verbo Dei
entit, ac eo nititur rejicimus, ut potiùs ad
eorum testimonia provocemus, eósque longè
giosiùs tractemus atque observemus, atque
Romanenses faciunt.

Ad 2. Conceditur pariter totum: scilicet
fallibiles esse eo modo quem diximus, qui
veritati infallibilitatem quam astruimus.

Ad 3. Possumus afferre plures textus Scri-
turæ, qui nos docent infallibilitatem quam
bis, adeóque Ecclesiæ Orthodoxæ ac Patri-
tribuimus, non autem infallibilitatem
Pontificij suæ Ecclesiæ tribuunt. Huc per-
net loci omnes, qui docent eos qui verbum
i sequuntur non errare, aut in tenebris esse,
securè ambulare, in luce versari, itcm qui de
tiâ verbi divini, ac vi illuminandi, &c. lo-
untur, ac eæ promissiones quib. de Spiritus S.
informatione ac ductu Dominus fideles certos
, quo duce duci se patiuntur, & quamdiu
ndem pro fundamento habent, ac ratione be-
tuntur, errare non possunt. In quo sensu in-
gnis locus est Esaiæ, qui totidem verbis ea, quæ
dicimus, pronunciat. *Ipse erit eis in via am-
bulantibus ita ut* STVLTI NON POSSINT ER-
RARE, *ut Vatablus vertit, seu in vulgata: &*

An judicium infallibile intellectus detur

hoc erat verbo divini [illegible] *per eam cap. 55-3.*

Ad 4. dico, omnes nostros fateri se errare falli posse, quod dicimus, contrarium [illegible] non est. Molinaeus de infallibilitate tali loquitur, qualem Pontificij Ecclesiae suae tribuunt decidendis controversiis fidei & condendis dogmatib. Et impie [illegible] Iesuita [illegible] Molinaei verba malâ fide. Falsissimum autem est quod ait, nostros fateri *omnes suas interpretationes* [illegible] *fore certitudine infallibili.* Hoc nemo unquam nostrum dixit, nec id ex nostra doctrinâ sequitur.

Ad 5. Distinguo inter Patres errantes & non errantes. Cui doctrinae Patres non errantes [illegible] est non discedentes à verbo Dei contrarij sunt, ea non potest esse infallibilis certitudinis, [illegible] est falsa. Verum sic negatur minor: nam nostrae doctrinae non sunt contrarij Patres consentientes cum verbo, verùm nobiscum faciunt. Ubi autem à verbo discedunt, ibi sunt nobis contrarij non minùs ac verbo, quae res non nobis [illegible] tio verti debet, sed imbecillitatis humanae [illegible] documentum est.

Ad 6. Negatur consequentia, cujus probatio impertinens est: ut quae falsa hypothesi [illegible] tur, ac si scilicet nostra doctrina fundetur lumine naturae: quod, ut dixi, calumniosum est. Fundatur enim ea verbo Dei & lumine supernaturali, cui lumen naturale tanquam instrumentum tantùm subservit.

Ex dictis iam apparet, quàm vana sit jactatio Iesuitae de hujus medij robore atque efficaciâ, quâ factum dicit, ut nostri quidam doctrinae

[illegible]ullitatem, ac dubiam suam in eâ opinio-[illegible] agnoverint. At, inquit Iesuita, *Ferrius & [illegible] [illegible] agnoverunt, se doctrinæ suæ certos esse non [illegible] sed eius articulos tantum probabiles & dubios [illegible] esse.* Respondeo, hanc meram calum[illegible] esse: ut enim alia taceam quæ Sophi[illegible] calumniæ convincunt, Molinæus infalli[illegible] certitudinē doctrinę nostræ tribuit, cùm [illegible] *Si interpretatio, quam profitemur, dicta est ex [illegible] ipsâ, tunc non nos interpretati sumus [illegible] sed Deus ipse se interpretatur.* Pag. 86 Evas. [illegible]c. 4.

At, ait Sophista, *cùm Molinæus dicat, [illegible] [illegible] habere videri controversiarum esse posse [illegible] certitudine infallibili, quæ non videt, [illegible] [illegible] debere tam incertam esse omnium articulo[illegible] [illegible] confessionis? hoc quippe est dubiam [illegible] [illegible] articulis fidei agnoscere.*

Resp. Neque enim id inde sequitur, ut [illegible] [illegible] sed tùm demùm id inde sequere[illegible] dixisset, hominem nec tùm infallibilem [illegible]titudinem habere, quando etiam verbo Dei [illegible] modulamento intellectus ipsius ac fides [illegible].

Tertium quod attinet, & ipse conceptis ver[illegible] infallibilitatem doctrinæ nobis tribuit cùm [illegible] profitentur. Inter alia quæ, ne longior [illegible] omitto, ait: *Concludimus [illegible] [illegible] [illegible] interpretationem qua Scriptu[illegible] exponimus [illegible], sed ipsius Scripturæ [illegible] quæ quatenus [illegible] errare & falli non possumus.*

Sed, ait Iesuita, 2. *Ferrius expressè fatetur [illegible] semel se & reliquos errare posse.* Resp. Fate-

Marginal notes: An Iesuitæ tam infallibiliter intellectum [illegible]unt. p. 348. 343. 344. — p. 354. & 345. — [illegible] cap. 58.

An indicium infallibile intellectus detur?

tur, eo modo quem nos etiam agnoscimus atque tradimus, vt ex ipsius Ferrij verbis luculenter patet. Sed non inde sequitur quod bestia plane... sum fateatur Ferrius homines falli posse... tum scilicet quando Scripturam ducem non sequuntur, at vbi eam ducem sequuntur, ait ac recte contendit eos infallibiles esse.

2. Ait Sophista: *Ferrius docet in doctrina Protestantium esse multa quæ non sunt simpliciter ad salutem necessaria, quæ etsi quis non credat, non tamen ideo infidelis dicendus est, &c.* Quomodo in Ecclesia Romana non omnia quæ traduntur, æqualis necessitatis sunt. Si Veronius interrogaretur quidnam de conceptione Beatæ & Sanctæ Virginis crederet, responderet atque se credere eam fuisse absque peccato; non tamen condemnat Iacobinos Monachos qui contrarium dicunt, &c. *Hic ait Sophista, Annon videtis Ferrium non amplius pro articulis fidei habere magnam partem articulorum confessionis suæ, sed tantum pro opinione probabili? nam non aliter censet eos habere, quam quo modo nos statuimus Virginem conceptam fuisse absque peccato. Atqui nos non CREDIMVS id, sed tanquam opinionem probabilem & incertam subinde tenemus, &c. Igitur Ferrius fatetur vnicuique liberum esse, cogitare & tenere contrarium illius quod docet & profitetur, & sic non amplius Confessionem suam inscribere debent confessionem fidei, sed Opinionum probabilium, nec amplius dicere possunt, Nos credimus, sed Nos putamus, &c.*

Pag. 340-341.

Respon. ... Vno verbo Ferrius exemplum

xemplum de conceptione Virginis attulit, ad illud ostendendum quod diceret quædam quæ docentur ab Orthodoxis non simpliciter ad salutem necessaria esse. Extra hunc scopum dum ille detorquet illud exemplum, Sophisticè eum agere manifestum est. Falsumque est, quod ais, Ferrium non aliter tenere multos articulos doctrinæ suæ, quàm Iesuita tenet opinionem suam de conceptione Virginis. Nam Ferrius articulos illos certissimæ & indubitatæ veritatis esse novit, etsi ad salutem omnes necessarij non sint: Iesuita autem illum articulum suum tantùm ut opinionem probabilem tuetur. Hæc etiam ad hoc argumentum.

An iudicium infallibile intellectus detur?

* *
*

Cap. X.

Ex ratione argumentum septimum.

An id quod per princip. rationis elicitur è Scrip. possit esse ante. fidei certè.

Ex eo quòd si maximè principia rationis certissimæ veritatis essent, tamen non possint esse fundamentum articulorum fidei, argumentum Chemnicij, & Iesuitæ medium quintum & octavum simul. Rationes Iesuitæ proponuntur. Chemnicij sententia proponitur. Diluitur argumentum adversarium. An articuli fidei à nobis fundentur in principijs rationis? An principia rationis in argumentis adhibeamus tantùm ad eliciendos articulos fidei Catholicæ: Id quod per principia rationis è Scripturis elicitur, posse esse articulum fidei, unde

comites,

constet? Quot modis aliquid à Scriptura dicatur? An Scriptura dicat, aliquid elicitum per consequentiam esse articulum fidei? Cur Scriptura non formaliter seu totidem verbis illud dicat? Augustini locus de veritate connexionum, unde ea haurienda. Quatenus Scriptura sit regula omnis veritatis. Quatenus liceat & non liceat aliquid mutare, addere, detrahere Scripturæ, ex Hieronymo.

An id quod per princip. rationis elicitur è Scriptu. possit esse artic. fidei nõcens

SI id quod per principia rationis vel in explicando vel in argumentando è Scriptura elicitur, & inde fundatur ac probatur, non potest esse articulus fidei Catholicæ, tum principia rationis frustrà aut perperàm adhibentur.

At verum prius. Ergò & posterius.

Ex Protestantibus multi agnoscunt principia rationis, quibus Reformati Protestantes adversus eos utuntur, vera quidem esse, tamen quod eorum interventu infertur negant esse credendum. Chemnicius ex his omnium instar erit. Is agnoscit principia rationis quibus eos utimur vera quidem esse, & rectæ philosophiæ suffragia nobis accedere: tamen contendit

An id quod per princip. rationis eliciatur e Script. possit es-se artic. fidei necne?

quod per eã nobis infertur, non posse esse arti-
culum fidei, seu non credendum esse quod non
demonstramus. In lib. de fundam. Cœnæ cap. 12. ad ar-
gumentum nostrorum petitum ex Scripturis tri-
buente Christo verum corpus naturale, inter a-
lia sic dicit: *Sed objiciunt nobis essentiales seu natura-
les corporis finiti & circumscripti proprietates. Non
vero liberum dominum, Christum in Cœna sua ipsum a-
gere secundum naturales sui proprietates: sed sicut
Scripturâ prædicante de carne Christi propter hypo-
staticam cum deitate unionem, alia multa reci-
pimus & credimus, quæ naturales seu essentiales
proprietates nostrorum corporum supra omnem naturam
excedunt: sicut demonstratum est: ita quia habemus
expressum verbum de substantiali præsentia corporis
& sanguinis Domini in Cœna, propterea non à manife-
sto verborum testamenti Christi sententiâ discedi-
mus, causa non satis magna & gravi, cur consen-
tia recta & quæ mutari possit; quia scilicet non con-
veniat & congruat cum essentialibus seu natura-
libus veri corporis proprietatibus, &c.* Et paulo post:
*Quod enim dictitant, reliquas prærogativas non de-
struere substantiam humanæ naturæ, sed si conceda-
tur Christum suo corpore substantialiter in omnibus
illis locis ubicunque in terris Dominica Cœna cele-
bretur, tunc Christum prorsus exui vero corpore,
prorsus destrui eius substantiam, ac nullo modo fie-
ri posse, &c. Physica quidem principia audio, sed il-
lis fides niti nec potest, nec debet: cuius objectum &
fundamentum est verbum Dei, &c.* Item: *Non
quidem iudicio prorsus ita esse videtur, & accedunt
tamen philosophiæ suffragia. Sed regula illa firma*

&

efficax est: de prerogativis humanae naturae in Chri-
sto ex solo verbo Dei iudicandum esse. Et sub finem
eiusdem argumenti: *Haec breviter tantum ostendere vo-*
lui, argumenta scholastica & circumscriptio-
ne non efficere nec cogere, ut propterea à natu-
ra sententia verborum Testamenti Filij Dei, velle-
mus ac necessariò discedere aut possimus, aut debea-
mus, &c. Et lib. de duab. naturis contendit, ut
vidimus cap. 2. huius lib. verbum Dei contra na-
turam, philosophiam ac rationem pronun-
ciare.

An id quod per ratiocinationem elicitur è Scriptura, possit esse articulus fidei necessar.

Ex quibus apparet non solùm mens Chem-
nicij, sed etiam rationes quibus nititur. Et sic
probat minorem Chemnicius ex eo; 1. *Quia*
fidei obiectum & fundamentum non est, nisi solum
verbum Dei. 2. *Quia ex solo verbo Dei iudican-*
dum est, de prerogativis humanae naturae in Christo.
3. *Quia verbum Dei pronunciat contra ratio-*
nem, &c.

Iesuita ex eo medium suum quintum & o-
ctavum contra omnes Protestantes conflavit.
Medium illud quintum Proteus noster variè for-
mat. Modò enim ait, ubi id ad interpretatio-
nes quas vocat, accommodat: *Quod non est significa-*
tum h.c. defendi & probari potest, *quàm per inter-*
pretationes FVNDATAS *ex parte in quibusdam*
propositionibus, quae non continentur in Scripturâ,
non potest esse articulus fidei, cap. & §. 10. Item ibi-
dem deinde ait nos FVNDARE *interpretationes*
nostras in sex propositionibus philosophicis. Item,
nos in omnibus articulis controversis opus habere ad-
minicula cuiusdam propositionis extra Scripturam,
quae propositio FVNDAMENTVM *particulare sit in-*

p. 272.

p. 260.

interpretationis nostrae. Similiter etiam loquitur sibi eodem modo de consequentiis, ut capite 12.8.2. *Nos non posse probare, quod vel unica consequentia e Scriptura elicita possit esse sufficiens* STABILIMENTUM *articuli fidei.*

An id quod per princip. rationis elicitur e Scriptu. possit esse artic. fidei necne?

Interdum dicit nos PROBARE articulos nostros per eiusmodi consequentias, propositiones, interpretationes. *Monstravimus, inquit, hoc modo, nostras interpretationes, glossas, aequipollentias ipsorum esse insufficientes ad* PROBANDUM *articulum fidei, &c.* Item c. 9. 8. 13. *Unde novit id quod* PROBAT *per consequentiam quam tenebrae ipsum ex eventu e Scriptura elicita esse articulum fidei?*

p. 411. p. 280. p. 312.

Interdum denique simpliciter dicit, quod sequitur per consequentiam, aut elicitur per consequentiam ex Scriptura non posse esse articulum fidei. *Ubi est, inquit, textus ille Scripturae qui doceat, non solum id, quod expressis verbis in Scriptura dicitur, esse articulum fidei, sed etiam id quod dicitur per interpretationes* ELICITAS *ex parte e propositionibus supra enumeratis quae in Scriptura non reperiuntur.* Item ait, *id quod* SEQUITUR *per consequentiam non esse articulum fidei.* Item: *Quis tibi dixit, id quod* SEQUITUR *per consequentiam sufficientem esse articulum fidei?*

p. 258. p. 312. 314.

Haec profecto diversissima sunt: aliquid non posse esse articulum fidei quod *fundatur, stabilitur, probatur* consequentiis; & id non posse esse articulum fidei, quod *elicitur*, aut *sequitur* per consequentiam. Illud verum, posterius falsum est. Et nos non agnoscimus consequentiam ullam pro fundamento fidei, sed per consequen-

tiam

[illegible] ex instrumentorum elicimus articulum fidei Scriptura.

> An id quod per princip. [illegible] elicitur a Script. positis est [illegible] fidei necess.

Caeterum cum hoc medio quinto plane coincidit; & revera idem est medium ipsi octavo, ut patet ex propositione, ejus continuationisque medii patet. Propositionem quod [illegible] ait cap. 8. §. 11. in quinto medio contra interpretationes nostras: *Quaero ex ipsis posito, propositiones [illegible] esse veras in sacra Theologia [illegible] rationem, quaero, inquam, unde constabit esse articulum Religionis & fidei, quod non potest probari nisi per interpretationes elicitas ex parte e [illegible] propositionibus quae extra Scripturam [illegible] esse.*

p. 258.

Similiter proponit medium octavum contra script. c. 8. §. 13. *Posito, ait, posse monstrari (id quod [illegible] possunt, cum veritas sibi contrariari nequeat) [illegible] aliquem ex suis articulis [illegible], per [illegible] propositione, quae non sit in Scriptura, & [illegible] evidente ac necessaria, ut [illegible] [illegible] certa & bene elicita sit ipsorum expositio, nihilominus tamen articulus fundatus super talem expositionem, [illegible] veritatem contineret (nam quod [illegible] e duabus propositionibus veris, certe veritas est) non posset esse articulus fidei.*

p. 284.

Eodem modo proponit medium octavum contra consequentias nostras c. 9. §. 13. praesupposito, inquit, id quod non est, & procedo posito [illegible] habere consequentias evidentes & necessarias, & [illegible] nullam consequentiam esse esse evidentem & necessariam, & bene deductam in optima forma, sive ex una propositione Scripturae [illegible] alteri alicui ita manifesta, ut evidens est

p. 356. 357.

Solem lucere in pleno meridie, sive ex [illegible] propositionibus claris & manifestis in Scriptura esse sufficientem ad fundandum aut stabiliendum articulum aliquem fidei Catholicae, & id quod non potest probari quam per tales consequentias non esse articulum fidei Catholicae. Ubi quidem per *articulum fidei Catholicae* intelligit, *eam quam omnes ac singuli fideles tenentur credere propositionem sibi ab Ecclesia*, ut se ibidem explicat. Ita apparet ex propositione utriusque medii, coincidere utrumque & revera idem esse.

An id quod per princip. rationis elicitur e Scrip. possit esse artic. fidei necess.?

Idem manifestum est ex confirmatione illius. Nam eundem modum quo probat quintum medium, adhibet inter alia ad probandum octavum, & quidem iisdem verbis, ut iam iam apparebit. Cum ita se res habeat, non utrumque medium, quintum scilicet & octavum simul ac eadem opera diluere par est. Et sic quidem proponit medium utrumque.

Probat autem minorem Syllogismi formati *Primo* ex inde; quod Deus in sacra Scriptura nullibi dicat, id esse articulum fidei quod per tales propositiones aut bonam consequentiam inde elicitur. Ergo. *Ubi est*, ait, *textus ille Scripturae, qui doceat id esse articulum fidei* [illegible]. Item: *Deus non dixit, id quod* [illegible] *non potest in* [illegible] *esse, quam per interpretationem* [illegible] *articulum fidei. cap. 8. §. 10.* Et de consequentia ait: *ubi est textus ille Scripturae qui* [illegible] *esse tenendum pro articulo fidei id quod probatur per consequentias* [illegible] *de Deo c. 9. §. 10.* Eodem modo probat minorem

p. 109.

p. 111.

[illegible] medij: *Nihil est, ait, articulus fidei quod non sit revelatum a Deo: atqui Deus non revelavit articulum fundatum supra duas propositiones, quarum una sit in Scriptura altera non.* c. 8. §. 12. et c. 9. §. 14. *In quo etiam Scripturæ Deum dicit, id quod sequitur per consequentiam evidentem, & negavit esse articulum fidei?* Iterum postulat ut id ex Scriptura probetur.

Consequentiam huius probationis ostendit [illegible] modis: 1. *Quia prætellantes hanc regulam, [illegible], id quod ex verbis & per bonam consequentiam eliciatur esse articulum fidei, præsupponunt tamen* FUNDAMENTUM *illius quod valeat, [illegible] [illegible] teneatur ex Scriptura probare hoc fundamentum; alias fundamentum articuli ipsorum [illegible] in Scriptura. c. 8. de interp. [illegible] Præterea præsupponit hoc tanquam fundamentum, quando [illegible] articulum fidei esse, id quod continetur [illegible] per consequentiam, &c. c. 9. §. 20.*

Au id quod per principia rationis elicitur è Scripe. negabit esse artic. fidei necessi p. 284. p. 371. 372.

p. 259.

2. Quia regulam omnis veritatis dicunt esse Scripturam: *cum igitur hoc controversum sit inter nos & illos, tenentur quantum ad hoc articulum [illegible] [illegible] c. 8. §. 10.* Et cap. 9. §. 1. ait: *[illegible] [illegible] hanc regulam, [illegible], quod id quod sequitur per talem consequentiam sit articulus fidei, [illegible] continentem Religionem, donec? Se postericis, [illegible] ejiciar, & ne accipias [illegible] pro* FUNDAMENTO *[illegible] saltem articulorum quæ fidei [illegible] dicunt. [illegible]: si prior, igitur tenentur probare id per Scripturam, nisi quia dicunt, esse regulam omnis veritatis, continentem omne id quod est [illegible] ad cultum Dei.* Hanc rationem repetit de verbo ad verbum in med. 8. de conseq.

> An id quod per princip. rationis elicitum è Scriptu. possit esse artic. fidei necessar?

Ministri dicunt, Scripturam esse regulam [illegible] *veritatem, &c. id, quod sequitur per consequen*[illegible] *esse articulum fidei, & sine veritas contraria* [illegible] *&c.* Probat ex eo quod non [illegible] aliud infallibile iudicium quam Scripturam, [illegible] neri igitur nonnisi ex Scriptura probari [illegible] nit, *nullo probent hanc suam regulam* [illegible] *infallibili, quæ tamen secundum ipsos nusquam in Scri*[illegible] *ptura reperiatur, exigo ut, quod dicunt, per Scriptu*[illegible] *ram probent: & hic videat alter suum nec* [illegible] *nam quia quod aliunde asserunt, erroris & fals*[illegible] *tati expositum est, ut ipsi volunt.* Ita consequen[illegible] tiam hujus ratiocinii primæ probat.

> p. 159.

Antecedentis probationem quod spectat, [illegible] *se probasse cap. 6.* [illegible] *& in medio prioris,* [illegible] *ter ne unicum quidem articulum controversum prob*[illegible] *reperisse textu expresso, aut interpretatione qualis*[illegible] *tur in Scriptura. c. 8 §. 10.* Hæc prima probatio ma[illegible] noris est.

> p. 169. 170.

Secundo probat eandem, *quia certitudo conse*[illegible] *quentiæ est fundata super evidentiam primæ* [illegible] *mentis saltem ex parte, & interdum super eviden*[illegible] *tiam propositionis alicujus quæ in se per lumen na*[illegible] *turæ clarissima est; hinc consequentia ex his* [illegible] *esse articulum fidei, ut quæ omnino suam certitudinem* [illegible] *habet a sola revelatione divina. Hæc ratio* [illegible] *raliter probat, id quod non possit aliter probari,* [illegible] *quam per consequentiam elicitam ex Scriptura, non* [illegible] *posse esse articulum fidei, c. 9. §. 13.*

Tertio *quia infallibilitas quæ est in talibus con*[illegible] *sequentiis non est supernaturalis, qualis tamen ad fi*[illegible] *dem requiratur, ibid.*

Quarto, *quia consequentiæ illæ non sunt* [illegible]

[illegible]

... Christianos, ... vulgo, ... Ecclesia de his [illegible] ... nec eas proponit credendas. Qui... igitur ...cam fidelium ad talia credenda obstringere ...[illegible] Hac ratione dicit specialiter probari ... non posse esse articulos fidei Catholicae, seu quae ... ad salutem necessario credenda sint. ...

Quinto probat ex inde: quod Scripturae, ut ... integrae ... nihil liceat addere, nihil detrahere, ... in ea mutare. Ista autem consequentia ... addere Scripturae, aut mutare aliquid in ... ibid. Hae sunt rationes quibus minorem ... haec conatur.

An id quod per principia ratione elicitur è Script. possit esse articulus fidei & ... [illegible]

Respon.

Resp. In hoc argumento non una fallacia ... est. 1. In eo committitur fallacia plurium interrogationum, dum promiscuè & indifferenter dicitur articulum fidei *elici* per ... stiones aut consequentias è Scriptura, & ... *fundari* in illis, ac per eas *probari*; quae tamen diversissima sunt. Verum enim est, ... quod ... in propositionibus quae sunt extra Scripturam ... quod per eas probatur, ut per principium ... non posse esse articulum fidei, ut ... qui tantum debet *fundari* verbo Dei, & per id ... Sed hoc adversarium nihil facit ... falsum dicit Iesuita nostros articulos *fundari* ... propositionibus & consequentiis. Absit hoc ... nobis, quorum doctrina in sola Scriptura ... est fundata. Hoc igitur modo, hoc respectu ... *fundandi* & *probandi*, conceditur quidem minor Syllogismi à nobis propositi, sed

> An id quod per princip. rationis elicitur e Scripe. possit esse fidei necne?

sic argumentator. Nam etsi principia rationis talia non sunt, ut iis *fundari* debeat, aut possit articulus fidei: tamen alio modo ea sunt adhibenda, & alios per fines: nimirum per ea tanquam instrumenta *eliciatur* è fundamento ac principio certum credendorum articulus fidei.

Alia autem ratio est, *elici* per principia rationis è Scriptura; ita enim major quidem vera est *aliquo modo saltem ex parte*, sed minor falsissima. Vera est, si enim nunquam per principia rationis elici posset articulus fidei è Scriptura, ea tamen frustra & perperam adhiberentur. Sed negatur minor, ut dictum.

Dixi autem majorem *aliquo modo* sic veram esse, quia scilicet hîc etiam *sermodus* Sophistica in hoc argumento occurrit: nimirum, fallacia non causæ ut causæ. Causa enim propter quam nos adhibemus principia rationis in argumentis nostris à Sophista hîc proposita haec est, scilicet tantum principia rationis adhiberi ea ad eliciendum *articulum fidei*, quod non. Nam etsi interdum hæc in quibusdam principalibus Syllogismis adhibeamus ea ad eliciendos è Scriptura articulos fidei Catholicæ, hoc est, talis qui omnibus ad salutem necessario credendi sunt, tamen etiam ob alias causas ea adhibemus. Plerumque enim interdum adhibemus ea ad eliciendos è Scriptura articulos fidei tales, qui non absolute ad salutem sunt necessarij, sed tantum ad *bene esse*, ut loquuntur, spectant cognitionis [illegible] regendæ. Posito igitur, sed non concesso principia rationis non adhibenda esse ad eliciendos è Scriptura articulos fidei [illegible]

duo

[illegible]tamen necessaria fore ad eliciendos articulos huius posterioris generis.

Deinde etiam principia rationis ad deceptionis etiam ob aliam finem ; [illegible] ad o[illegible] nexum medij termini cum maiore Syllogismo perfecto. Postquam enim iam principium aliquod rationis elicui ex [illegible] Syllogismo articulum fidei ; tum in prosyllogismo, Episyllogismo, proepisyllogismo, &c. [illegible] elicio articulum fidei [illegible] prosyllogismo per aliud aliquod principium [illegible] veritatem nexus maioris termini cum medio, [illegible] in principali Syllogismo institutus [illegible]

Itaque hic etiam usus est ac finis principiorum rationis in argumentis [illegible] veritatem connexionum, quae certe plurimum differt ab articulo fidei.

Ut ita Iesuita plurimum falleretur, cum cap. [illegible] &c. ait nos articulum fidei elicere & probare è Scriptura per quinque aut sex consequentias invicem succedentes. v.g. nos Reformatos ubi probavimus hunc articulum: Christi corpus non esse quaerendum in elementis panis [illegible] Act. 3.21. [illegible] dicere [illegible] corpus quod est in caelo, est in terra : [illegible] [illegible] corpus posse simul esse in pluribus locis, [illegible] (ait Iesuita.) [illegible] posse esse simul [illegible] & [illegible] [illegible] quod fieri non potest, &c. Hic ut [illegible] [illegible] dicam de illis probationibus, & quas [illegible] Iesuita allegat, falsissimum est, quod [illegible] [illegible] elicere per istas tot propositio-

An id quod per princip. rationis elicitur semper possit esse articulus fidei necne.

An id quod per princip. rationis elicitur e Script. possit esse artic. fidei necessar.

necessariam ex illis succedunt consequentiam ... propositionibus una saltem adhibetur. Sic ... principali tantum Syllogismo ad eliciendum articulum fidei: reliquis autem adhibentur ... ad ostendendam veritatem connexionis. ... est ostendere veritatem connexionum ... articulum fidei seu veritatem ... quamvis illa huic inserviat, confundere ... men cum hac non est, sed distinguenda diligentissime, tanquam famula ab hera distinguenda ... bet, & id quod lumine naturæ cognitum est, ... eo quod supernaturalis revelationis est.

Hoc etiam secundum Sophisma est. ... jam tertium vitium sequitur, quod in falso ... minoris consistit, negantem dicit, id quod per principium rationis sive consequentiam ... positionem, quæ extra Scripturam reperitur, ... posse esse articulum fidei. Hoc falsissimum est de principalis Syllogismi conclusione, ut diximus. Reclamant enim & contrarium testantur Scriptura, Ratio, Authoritas Ecclesiæ Veteris. Testimonia denique adversariorum ipsorum; ut apparet ex argumentis quæ libro primo attuli, & quæ hîc in specie, hoc est, ad principalem Syllogismum eum, qui continet conclusionem fidei omnibus necessario tenendam, accommodari debent, ex quibus manifestum fieri ... potest, debere principia rationis adhiberi ad eliciendos articulos fidei. Ibi etiam satisfactum exceptionibus, quæ contra argumenta ... afferunt speciatim Iesuitæ.

Hæc ad argumentum principale. Ad prosyllogismum seu probationem minoris quod attinet,

...r, & quidem ad 1. argumentum Chemnicij
respondeo, principia rationis non allegari à no-
bis ut obiectum & fundamentum fidei, sed ut in-
strumentum cognitionis, quæ ad fidem requi-
ritur.

Ad 2. indicamus ex solo verbo Dei, judicio
discretionis, cui iudicium discretionis circa veri-
tatem connexionis non repugnat, sed subservit.

Ad 3. Verbum Dei nullibi contra rationem
... pronunciat.

An id quod per princip. rationis elicitur è Scrip. possit esse articulus fidei necessarius?

Ad primam probationem Iesuitæ respondeo,
non esse quintum terminum propter ambiguita-
tem vocis DICERE: hæc enim duobus modis
intelligi potest: vel cum Scriptura sive Deus aliquid
dicat vel explicitè & totidem verbis; vel implicite:
quam distinctionem Iesuita negare non po-
test, ut qui sæpe dicit, aliquid vel *formaliter* vel
virtualiter in Scriptura contineri. Iam verum
quidem est Deum in Scriptura non proponere
formaliter hanc regulam, *Id quod per bonam con-
sequentiam è Scriptura elicitur, est articulus fidei:*
interim eã tradit implicitè seu virtualiter, dum
scilicet non solùm non prohibet principia ra-
tionis, & usum ab eliciendo articulo fidei è Scri-
ptura, sed etiam probat, hortatur ad usum prin-
cipiorum rationis in articulis seu rebus fidei, re-
prehendit gravissimè illis non utentes, &c. &
verò ipse illis utitur in eliciendis articulis fidei,
atque adeò inter alia etiam *exemplo docet*, ut utar
phrasi Bellarmini dicentis de Quadragesimâ,
Christum *non dixisse verbis, sed tamen exemplo,* ie-
iunium suum imitandum esse libro 2. de oper.
in partic. cap. 16.

An id quod per princip. rationis elicitur è Script. possit esse articuli fidei necne?

Sed hoc Iesuitæ non sufficit; Scripturam scilicet eo modo docere id posse esse articulum fidei, quod ex ea per principia rationis educitur; Alterum itaque modum requirit, & postulat, ut *formaliter* monstremus regulam eam in Scriptura, quod cum fieri non possit, ut ait se ostendisse anteà, plurimum errare nos jactat.

Ineptissimum rursum postulatum hominis. Cum enim regula hæc: *id quod per bonam & necessariam consequentiam ex aliorum dictis elicitur, ab ipsis est dictum putari, adeoque id quod per talem consequentiam è Scriptura elicitur fidei articulum esse posse*, ineptum, illa regula ad veritatem connexionum pertineat, certè stultissimum est postulare, ut ea in Scriptura monstretur regula, quæ Logices est, & quam tanquam rationis, seu potius Dei opus Scriptura præsequitur ac præsupponit in lectore & intellectore suo, non minus ac in eo qui videre aliquid vult, præsupponitur ut oculos teneat. Huc Augustini insignes illi antehac à nobis laudati loci faciunt, imprimis ex libro 2. de doct. Christ. cap. 31. *Facile ejus ait* inter alia, *veritatem connexionum etiam in Scholis illis discere quæ præter Ecclesiam sunt. Sententiarum autem veritas in Sanctis libris Ecclesiasticis investiganda est. Ipsa tamen veritas connexionum non instituta, sed animadversa est ab hominibus & notata, ut eam possint vel discere, vel docere. Nam est in rerum ratione perpetua & divinitus instituta.* Hic Augustinus docet non veritatem connexionum, sed sententiarum in Scriptura quærendam esse. Vide etiam lib. 3. contr. Academ. c. 13. ubi pariter docet veri-

tatem

ratem connexionum è Logicâ petendam esse.

Ita igitur stabilitum est postulatum illud Iesui-tarum. Quia tamen illud probationibus aliquot firmare, & consequentiam prosyllogismi in primis stabilire nititur, ea etiam breviter respondendum est.

Ad 1. igitur probationem dico, fallere ipsum quando ait, *nos præsupponere regulam illam tanquam fundamentum articulorum nostrorum*. Non enim præsupponimus ut præcognitum naturale à Deo gentibus inditum, pertinens ad veritatem connexionum.

Ad 2. probationem respondeo, non cum regulam omnis VERITATIS Scripturam dicimus, loqui de veritate sententiarum non connexionum. *Sententiarum veritas*, ut loco allegato Augustinus, *in Sanctis libris Ecclesiasticis investiganda est.*

Ad 3. Falsum est nos nullam aliam probationem seu iudicium discretionis infallibile agnoscere quàm Scripturam: ut patet ex iis quæ libro 2. c. 21. & hoc lib. 3. c. 9. diximus. Vno verbo nos agnoscimus circa veritatem sententiarum mysticarum fidei aliud iudicium infallibile quàm Scripturam; quantum autem attinet ad veritatem connexionum quæ in rebus fidei occurrunt, habemus iudicium infallibile in lumine naturali intellectus eo modo ut diximus locis citatis.

De antecedentis probatione quod facit in initio cap. 6. (ubi contendebat nos nullam Conclusionem nostram in Scripturâ expressam habere) & in primo medio eâ firmasse; nihil aliud

An id quod per princip. fidei cum aliis è Script. possit esse artic. fidei creatum?

An id quod per princip. rationis elicitur è Scriptura possit esse articulus fidei necessarium

facit quàm quòd multiplicem [illegible] & infallibilitatem suam à nobis utrobique ostensam in memoriam revocat. Vide igitur si lubet cap. 4. huius libri. Hæc ad primam rationem & ad probationem minoris.

Ad *secundam* respondeo nihil aliud inde sequi, quàm principia rationis non posse esse fundamentum articuli fidei; quòd ultrò damus; [illegible] non posse esse instrumentum eliciendi articulum fidei è Scriptura.

Ad *tertiam*: respondeo non omnem infallibilitatem quæ ad fidem requiritur debere esse supernaturalem, sed tantum infallibilitatem sententiarum; quantum autem attinet ad infallibilitatem connexionum ea naturalis est & esse debet.

Ad *quartam*: dico non necesse esse ut Ecclesia tradat consequentias Conclusionum fidei necessarias ad salutem formaliter seu regulariter; sufficit ut eas tradat materialiter seu quatenus naturaliter notæ sunt omni homini. Tradit autem eas vera Ecclesia, dum fideles Pastores eliciunt coràm plebibus veros articulos fidei per principia rationis, seu accommodando se eorum captui, ita probant veram doctrinam è verbo Dei interventu instrumenti rationis, ut simplices ducem sequuti verbum & adiuti lumine intellectus habentis ratiocinationem naturalem, veritatem doctrinæ ipsorum agnoscant: at hic de supernaturali illuminatione non agam.

Ad *quintam*; Respondeo esse fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter: non enim dicimus nihil addendum detrahendúmve,

esse

ræ Scripturæ, & nihil in eâ mutandum; loquimur primo de substantiâ doctrinæ, *secundo* de libris Canonicis & verbis quæ in Originalibus linguis quibus editi sunt, occurrunt, dum utrobique nihil mutandum, nihil addendum, nihil detrahendum.

An id quod pertinet ad [illegible] Scrip. [illegible] fides [illegible].

Ratio 1 [illegible] *(ci-* [illegible] *mihi* [illegible] *regula & ver-* [illegible] *nullam additamentum recipit, ut* [illegible] *additum est* [illegible] Basil. lib. 1. contr. Eunom. Ita de additione Basilius loquitur; quemadmodum diminutio opposita et impiissimum sacrilegium est.

Non autem loquimur de mutatione, additione, aut detractione *primo*, quia in disputando, aut docendo, aut instruendo citra ullam iniuriam verbi divini addimus principia ratiocinii, ut veritati sententiarum divinarum, sive substantiæ doctrinæ inserviant, omittimus quæ ad præsens institutum necessaria non sunt, mutamus verba in alia libertate sanctâ, sed religiosâ: *deinde* non excluditur additio, mutatio, detractio ea quæ in interpretatione seu translatione librorum authenticorum Canonicorum in alias linguas, pro varietate & natura earum necessaria est. Verborum mutatione usi sunt hinc inde Apostoli, usus est Christus, usa frequenter est Ecclesia; *& hoc in omnibus pene testimoniis quæ de veteribus libris in Novo assumta sunt. Testamento observare debemus, quod* [illegible] *Evangelistæ vel Apostoli, & eundem sensum explicare sæpe ordi-*

An id quod per princip. rationis elicitur è Script. possit esse articulus fidei.

uno consenserint; sive conjecturando vel detraxerint verba, vel addiderint, ut Hieronymus in cap. 3 ad Galat. libro 1. sui commentarij, ubi in specie de tali mutatione loci Geneseos à Paulo ibi admissa loquitur.

Atque haec ad hoc etiam argumentum & medium quintum, atque octavum Iesuiticum dicta à nobis sunto. Corollarij loco observa doctissimum Ferrium Iesuitae postulanti locum Scripturae, qui conceptis verbis & absque interventu consequentiae proponat hanc propositionem: *quod per consequentiam, &c. è Scriptura elicitur est articulus fidei*, respondisse; impertinens esse hoc postulatum, cum nec Scriptura formaliter & modo quem Veronius postulat, sive absque consequentiae & principiorum rationis interventu dicat, *id quod conceptis verbis seu de verbo ad verbum in ea continetur esse articulum fidei*. Hic Iesuita cap. 8. 15. regerit, *imo Scripturam potius hoc docere Rom. 10. 17. Fides est ex auditu, & auditus per verbum Dei.* Sed rectè Ferrius instantiâ ea usus fuit. Iesuita contra impertinenter eam eludere conatur. Etenim locum Pauli talem adducit, qui profectò non formaliter id dicat, quod Ferrius postulabat, sed ex quo per interventum principiorum rationis sive media consequentia illud canonem elicitur. Debebat autem Sophista locum talem exhibuisse, qualem ipse à nobis postulat. Cui accedit quod ineptè locum illum restringit ad ea quae tantum explicitè dicantur in Scriptura, cùm tamen id non minus verbum Dei sit quod virtualiter in eâ continetur.

CAP. XI.

Ex ratione argumentum octavum.

Aliud argumentum Protestantium quorundam, & Iesuitæ medium sextum ex eo petitum, quod omnia principia rationis quibus utimur, Patribus contraria sint. Principia rationis & consequentiæ nostræ an Patribus contraria? An id quod Patribus evidens non fuit, necessario falsum sit. Tò evidens an id, quod omnibus aut saltem multis conspicuum?

An principia rationis, &c. Patribus contraria.

QVæ principia Patribus quatuor priorum seculorum non solum ignota, sed etiam contraria sunt, ea fundamentum articulorum fidei, & evidentis ac necessariæ veritatis esse non possunt.

Atqui principia rationis sunt interpretationis,

& consequentias quibus Protestantes in Controuersiis aduersus Pontificios vtuntur, Patribus ignota & contraria sunt. Ergo.

An principia ratiocin. & c Patribus contraria.

Ex Protestantibus illi qui vsui principiorum ratiocinii in Controuersiis quæ nobis cum ipsis intercedunt, contrarij sunt, & oppositiones solutionem & responsionem ad ea tamquam rejiciunt ac non admittunt: præterquam quod sententiæ illius fundamentum in eo ponunt, quod Scripturæ ipsis contraria sit, etiam aliam causam probarunt, quæ in eo consistit, quod Patribus sint contraria, qui ea principia rationis non agnouerint, ac rationem non consuluerint. Ita Chemnitius lib. de fundam. S. Cœnæ c. 10. postquam solide Patrum etiam auctoritatem prolixè exposuisset, ait: *Ex hisce obseruationibus liquido & certò colligitur, veterem Ecclesiam tradidisse & docuisse hanc sententiam, quæ & nostra est. Et in hac fide antiquitas ea simpliciter acquieuit, ut nec sensum, nec RATIONEM, nec naturæ ordinem in consilium adhiberent. Sed simpliciter adhæserunt verbis ultimi Christi, &c.*

Ienim a hoc ipsum principiis rationis seu consequentiis & argumentis omnium Protestantium, quibus respondere, & quæ solui non debere intendit hoc etiam fundamentum opponitur: nimirum Patres iis usi non fuere, sed quod principiis contraria sentiunt, & secundum doctrinam Pontificiam verba Scripturæ interpretantur. Et ad hoc conclu. in medium suum locum c. 8. sect. 1. & 2. § . 11.

Vbi

Vbi autem eo discrimen sit inter modum procedendi Iesuiticum & Protestanticum illorum, quod ille solam Patrum non etiam Scripturae auctoritatem Evangelicis opponit; contra quam vulgaris assertores faciunt: tamen in eo conveniunt, quod utrique citra solutionem ac responsionem ad argumenta, consequentias & principia rationis eam Patrum auctoritatem opponunt. In quo ut inter se conveniunt; ita à nobis differunt. Nam etsi post Scripturam, etiam Patrum auctoritatem cum verbo consentientem erroribus & ipsis opponamus; tamen ut Scripturam ita etiam Patres non opponimus citra solutionem argumentorum adversariorum & responsionem ad principia rationis, ostendendo ea aut falsa, aut male accepta esse.

An principia rationis, ac Patrum [illegible]

Iesuita igitur eo ex fundamento vult ostendere nos perperam eas vendicare *quasi adeo certae & firmae essent; ut fundamentum & stabilimentum articulorum nostrorum esse possint.* Item, *praedictas, ait, interpretationes Patrum in hac methodo* [illegible] *, quibus ut probationibus nostris difficiliores reddantur, aut potius plane impossibiles; & ut asseclis* [illegible] *non absque ratione* [illegible] *interpretationes* [illegible] *, & sufficientibus ad fundandum aliquem articulum fidei,* [illegible] *.* Item, *Hoc medium etiam* [illegible] *separatum ab aliis sufficienter ostendit,* [illegible] *interpretationem habere* [illegible] *evidentem scilicet* [illegible]. Similiter de consequentiis loquitur

p. 475.

p. 477. 478.

An principia ratiocinationis Patrum necessaria.

Minorem probat Chemnicius & alii plurimi inductione exemplorum, & locorum Patrum tum Graecorum tum Latinorum.

Jesuita maiorem probat ex conspicua evidentia, [illegible] *quod unusquisque sat scit salvo [illegible] quemadmodum unusquisque [illegible] itaque quod [illegible] non [illegible] sed ex contrario [illegible] esse [illegible].*

p. 278.

Minorem probat inductione exemplorum; ita enim ait: in Controversia de Eucharistia Reformatis contrarios esse Patres quatuor priorum seculorum: contrarium esse Augustinum tract. 27. in Johan. Chrysostomum in c. 6. Johan. Cyrillum Alexandrinum in declaratione anathematismi Concilii Ephesini, (in qua Cyrillum praesedisse loco Papae falso dicit) cui explicationi dicit ipsum Bezam subscribere in annotat. ad v. 64. c. 6. Joh. item Cyrillum Hierosolymitan. in Catech. 4. Mystag. adducit per [illegible] Cyrilli Concilium 2. Universale Constantinop. [illegible] Rursus Chrysostomum homil. [illegible] in Matthaeum. & homil. 21. in Acta item homil. ad populum Antiochenum item lib. 3. de Sacerdotio c. 4. quos omnes Sacrificio Missae favere putat.

p. 263. usque ad 275. & 351 pos.

Et quia novit nos ad loca illa [illegible] responsiones paratas (quas solutiones [illegible]) habere, hoc praeoccupat, & dicit: *Nihil prodesse adversus Neotericos dissensus [illegible] Patres errasse; [illegible] Patres ibi recte sensisse; [illegible] non autem Aristotelem. [illegible] de sensu Patrum, & dicat [illegible] quam a Neotericis [illegible]*

quo

[illegible] necessarium esse respondere Protestantes: alioqui enim [illegible] ut ab instituto, & scopo propositi recedatur, qui [illegible] demonstrare, nullum Theologum Protestantem posse [illegible] religionem suam probare per media quae per se sint [illegible] quam rem sufficit in [illegible] impressionem aliquam per interpretationem Patris generare.

An principia ipsis contraria, &c. Patribus [illegible].

Atque ex his argumentum quidem propositum elicuimus. Quod etiam manifestius & solidius potuisset sic formari: *Quae principia Patribus ignota, imo contraria sunt, ea nos non licet. Atqui principia rationis quibus Reformati, ut & caeteri Protestantes nituntur*, &c. *Ergo.* Sed insistendum fuit terminis Iesuiticis, unde fallacitas hominis eo evidentior fiet.

Respons.

Ad hoc argumentum respondeo *primò* in genere: Si illud vim aliquam habet concludendi, tum id non magis obesse nobis, quàm Romanensibus, ut quorum interpretationes, consequentiae, & opiniones Patribus saepissimè contrariae sunt, id quod ipsi non diffitentur, sed ultro testantur quoties existimant se iustam causam ab ipsis discedendi habere.

Secundò in specie respondeo esse fallaciam plurium interrogationum: infert enim adversum nos Iesuita, Interpretationes & consequentias nostras, non solùm non esse evidentes ac necessarias, sed etiam non posse esse FUNDAMENTUM articulorum fidei. Quod posterius adversum nos non facit, utpote qui nihil

An principia rationis, & c. Patribus contraria.

quàm solum verbum Dei pro *fundamento fidei* agnoscimus.

Tertio respondeo per distinctionem ad majorem, respectu prioris membri quod ad prædicatum consentientibus Jesuita assumit. Et distinguo hoc modo: *Quod Patribus consentientibus cum verbo Dei contrarium est, id non est evidentis ac necessariæ veritatis.* Sed sic negatur minor, nam principia rationis ac interpretationes nostræ non sunt contrariæ Patribus consentientibus cum verbo Dei, sed cum illis amicabili concordiâ conspirant. Ratio hujus distinctionis inter alia in eo posita est, quia *Patrũ scripta non sunt regula nec habent auctoritatem obligandi*, ut Bellarminus lib. 2. de Concil. c. 12. Et vero per se auctoritas ipsorum veritatis documentum non est, nisi in quantum cum Scripturâ sacrâ [illegible] consentiunt, adeoque per accidens, quomodo suprà dixi judicium decidendi Controversias Conciliis tribui, respectu scilicet verbi divini, non autem potestatis quæ ipsis absolutè [illegible] sit. *Non audiamus*, ait Augustinus, *hæc dico, hæc dicis, sed audiamus hæc dicit Dominus. Sunt certè libri Dominici, quorum auctoritati utrique consentimus, utrique credimus, utrique servimus: ibi quæramus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram.* libro de unit. Eccles. c. 3. Debet igitur Patrũ doctrina consentire cũ auctoritate librorum Dominicorum, à qua ubi discedunt [illegible] nobis ab ipsis non discendum, sed discedendum est.

Majoris probationem quod attinet, dico esse fallaciam definitionis. Nam evidens est, & necessi-

An principia ratiocinationis, & Patribus cōtraria.

necessariò non quod unusquisque iudicio præditus
videt, aut necessarium ducit, sed quod is videt qui
iudiciosus est, ac etiam rectè iudicio suo [illegible]
[illegible] utitur. Sæpè enim homo iudicio præditus
errat in iudicando; quia iudicio suo non rectè
utitur. Quod quidem Patribus sæpè contigit.
Et verò [illegible] quo definitionem suam falsam
illustrat, falsitate non caret [illegible] ait unumquemque
qui oculos habet lucem videre. Nam præter
oculorum etiam necesse est ad lucem videndam,
ut facultas visiva in actu non autem in potentia
sit: quando enim homo dormit, lucem non
videt. Necesse est ut oculos habeat benè affe-
ctos; potest enim eos ita malè affectos habere, ut
lucem non videat. Necesse est ut eos aperiat; si
enim eos clauserit, non videt. Necesse est ut im-
pedimentum non sit inter lucem & organum in-
terjectum: qui enim in profundo carcere & un-
dique obstructo clausus squalet lucem non vi-
det. Unde apparet non unumquemque qui o-
culos habet lucem videre. Inverto igitur iam
simile Iesuitæ & adversum ipsum retorqueo, ac di-
co: ut non unusquisque oculos habens, lucem
videt, ita etiam non unusquisque iudiciosus lu-
cem evidentem necessariæ veritatis videt. Et sic
definitione Sophistica à hodie Iesuita, prout etiam
ab ipso in eadem re factum li. 2. cap. 6. p. 234. 235.
ostendimus, ubi Evidentis definitionem, quod ab o-
mnibus videtur.

Iam dico, Patres etsi oculati fuerint, (ut dictum
enim simili Iesuitæ) interdum evidentem lucem
veritatis alicubi non vidisse; quia, ut Alphonsus
de Castro loquitur de Hieronymo, interdum

dormitârunt. *Nec mirari quisquam debet, quod erravit Hieronymus, vir alioqui Doctissimus, si de-ceptus fuerit, quoniam* QVANDOQVE BONVS DORMITAT HOMERVS. *libro 6. adv. haeres.* [illegible] *Episcopus.*

An principia rationis, & c. Patribus contraria.

Probationem minoris quod contineat nihil novi afferri, sed trita illa & quibus securitas, quod communi verbo dicitur, responsum est, (quod ipse nec ignorat, nec refutat) à nostris in controversia Eucharistica, ad quos Lectorem remitto, ex quibus intelliget tantùm abesse, ut loca allegata nostrae causae obsint, ut etiam quidem Romanensi plurimùm officiant.

Πρόληψις seu praeoccupatio illius expers roboris est. Nam quod ait Romanenses non esse & non teneri defendere causam suam, id vero suprà refutavimus c. 4. Quod vero sibi non esse propositum dicit aliud quàm ostendere nos non rectè causam nostram probare, sciat eû hoc modo nimisquam malè instituto suo obtemperare: cùm viam selegerit quae ipsum ad scopum suum nunquam deducet. Nunquam enim hac ratione ostendere poterit nos in errore versari. Quod addit sufficere sibi ut auditoris animum impressione imbuat, id verò Sophisticam plenis faucibus olet. Quid enim magis Sophisticum quàm praejudiciis occupare studere animum auditorum, & victoriae umbram in aliorum opinione sectari, non veritatis corpus in suam & aliorum salutem quaerere.

Cap

Caput XII.

Ex ratione argumentum nonum.

Aliud argumentum ex eo petitum, quod omnia principia rationis & consequentiæ quibus utimur probabilia tantum imò falsa sint. Meisneri opinio. Iesuitæ septimum medium in eo consistens. Argumenta quibus Protestantes quidam adversum Reform. & post hos Iesuita adversus omnes Protestantes contendunt, tantùm rejiciendo ac negando argumenta adversaria citra solutionem esse. Vera sententia exhibetur & confirmatur. Periculum causæ eorum, qui dicunt Contradictoria simul vera esse posse. Solvuntur argumenta falsæ opinionis. An Iesuita rectè dicat, hoc suum medium necessarium non esse?

An principia rationis Protest. tantum probab. & falsa.

An principia rationis Protest. omnia tantùm probab. & falsa.

QVæ principia sunt tantùm probabilia, aut falsa, illis uti non licet.

Atqui omnia principia rationis & consequentiæ, quibus Reformati adversus alios Protestantes, omnes autem Protestantes adversus Pontificios utuntur, sunt tantùm probabilia aut falsa. Ergo.

Osiander in Conclus. Enchir. Calv. *Dici & verbis exprimi non potest, quid Sathanas rerum peragat in Ecclesia Calviniano dogmate. Rogo tamen, & serio admonitos per Dei gloriam & misericordiam, & propriam cuiusque salutem obsecro, ut in memoriam revocent illud Christi de falsis Doctoribus cavendis dictum: à fructib. eorū agnoscetis eos. Ubi fructus nihil aliud sunt, quàm* PRAVA, *impia, blasphema, & absurda* CONSEQVENTIA, *quæ ad falsam doctrinam consequuntur. Horum fructuum feralissimum (proh dolor) invenient Calvinianum dogma, omnes qui in timore Domini diligenter doctrinam illam cum Scripturâ sacrâ contulerint.*

Meisnerus quæst. gen. de usu phil. in Theol. dicit *Calvinianos ad veritatem oppugnandam* (loquitur de articulis qui inter nos & Ubiquitatis assertores Controversi sunt) *regulas consequentiarum & alia* PROBABILITER *ratiocinandi instrumenta accommodare.*

Iesuita Veronius eo nomine condemnat omnia argumenta Protestantium adversus Pontificios, & contendit ea tantùm apparentis veritatis, imò falsa esse, & in hoc *septimam* methodum suam constituit. *Omnes, ait, Consequentiæ & interpretationes ipsorum sunt tantùm* APPARENTIS *veritatis, & falsæ ipsæ fundatæ aut in ma-*

[illegible] philosophia, aut in auctoritate fallere, aut in So-
phisticare aliquid c. 8. §. 2. Item, Omnes ipsorum in-
terpretationes sunt fundatae in falsis principijs, ra-
tionibus, auctoritatibus & iis quidem extra Scriptu-
ram, aut in quibus latent Sophismata. §. 11. Idem de
consequentiis dicit c. 5. §. 12.

An principia rationis Protest. omnia tantum probab. & falsa.

Minorem Meisnerus non probat; Iesuita e-
tiam ne probandam quidem eam esse dicit, sed
contendit omnes nostras consequentias & proba-
tiones ipsorum esse reiiciendas, ac negandas ci-
tra earum solutionem.

Quo modo procedendi non primus usus est
Veronius. Dudum enim ante ipsum alii ex Pon-
tificiis, qui Ubiquitatem asserunt, principijs
rationis in argumentis Reformatorum conten-
tis non respondendum, sed ea tantum reiicien-
da & explodenda censuerunt absque solutione,
ut vidimus lib. 1. c. 6. & cap. 14. Ita enim Chem-
nitius omnia illa nostra reiicit in libro de fun-
dam. Coenae. Vir autem ille doctissimus qui se-
pius à nobis laudatus est, in lib. de Meth. studij
Theol. aliud INTERDUM faciendum dicit, quo-
ties scilicet talia axiomata afferuntur, quae ex phi-
losophiae principiis limitari & explicari ne-
queunt.

Et hic quidem rationes has affert: 1. *Quia
quaedam axiomata seu principia rationis non possunt
limitari ex aliis philosophiae principijs.*

2. *Quia sic fit disputationis compendium.*
Quam rationem etiam Veronius Iesuita urget,
ut probet Romanenses in disputando adversum
Protestantes non debere probare doctrinam
suam, ut vidimus cap. 5. huius libri.

An principia rationis Protest. omnia tantum probab. & falsa.

3. *Quia adversarij hoc modo vel tenui provocabuntur ad Scripturam.*

4. *Quia adversarij alias semper haberent quod regererent.*

5. *Quia hic modus respondendi tutissimus est.* Hae sunt rationes Viri Doctissimi.

Iesuita duas alias habet, quibus opinionem hanc suam adversus omnium Protestantium argumenta probat. 1. Quia Romanensis disputatoris est sustinere tantum partes Rei, adeoque sufficit, ut simpliciter neget propositiones Protestantium. *Necesse est*, ait, *ut simpliciter teneatur partes rei, & contentus sit negare simpliciter falsas propositiones adversarij.* cap.8. §12. *Interim meminerit Protestans Theologus perpetuo incumbere probationem, non autem Catholico, qui personam discipuli repraesentat, & caveat ne partes mutet. Nam etiamsi tendunt astuti ministri, ut sibi eximant onere probandi consequentiam suam quam quidem scope suo patitur, quamvis efficit technis suis, ut eam alterius personae assumat.* Et subjicit se probasse antea, hoc esse de iure Romanensium, à quo ipsi ne latum quidem *unguem sit discedendum*, c.9.§.12.

p.280. p.312. 313.

p.281.

2. Probat: *quia Respondens etiam secundum rigorem Scholasticum philosophicarum, nunquam tenetur rationem reddere negationis suae, & sufficit ut respondeat ad id quod in medium est productum. Ergo multo magis nobis id non incumbit, quibus non est propositum philosophiam aut alias facultates humanas docere.* c.8.§.12.

Ne autem quis obiicere possit, Religionem Romanensium vel ex eo nullitatis convinci, quod tantum in negando consistat: addit, *Si differre*

pro-

probationem, sine fides in aliud tempus, postquam fecerit ostenderit doctrinam Protestantium nullam & erroneam esse. ibid. & c. 9. §. 12. ait, se scire, ut diversas probationes doctrinam Romanensium per negationem longè nobilius quam per consequentias [illegible] facere.

An principia [illegible] Protest. contra cant. improbab. & falsa.

Ita igitur contendit neganda tantùm esse omnia quæ adversùm ipsos faciunt, sine probatione negationum. Et hoc modo etiam procedunt in exemplis duobus aut tribus ex Controversia de Eucharistia, quæ pro lubitu delegit: nisi quòd interdum contra documentum hoc & præceptum suum ratiunculas negationibus quibusdam aspergit, quarum ratiuncularum Sophisticarum, ineptarum & trivialium dilutio ad Controversias Eucharisticas non ad hunc locum pertinet.

Hoc medium suum non quidem necessarium esse contendit: 1. *Quia sibi propositum non sit ostendere Protestantes errare in philosophia, quod sit, quando ait, respondemus probationibus ipsorum quas ex sua Schola desumunt.* 2. *Quia sua non refert, an verbi gratiâ Aristoteles à Molinæo allegatus, (ut exinde probet sanguinem Christi non esse in calice) aut Appianus Alexandrinus, aut Iustinus Historicus, aut Pausanias, aut Plutarchus (quos idem allegat, ut exinde probet libros Iudith. Machabæorum, &c. non esse Canonicos) faveant. Religioni ipsorum, & stabilimentum idoneum fidei ipsorum sine iisdem, &c.* 3. *Quia fiat ut per responsiones obscuretur victoria Romanensium, libri nimium excrescant, tempus disputationibus nimis protrahatur, breviter mille incommoda inde nascantur. ibid.*

An principia rationis Protest. omnia tantùm probab. & falsa.

Nihilominus tamen addit, posse doctum disputatorem ad veritatis triumphum subtiliorem reddendum, evertere omnia illa fundamenta Protestantium, & respondere ad allegata, observatis tamen exactè his quatuor conditionibus. Primò, ut hoc modo utatur post reliqua omnia, & cum protestatione se hoc non facere nisi ex gratia in auditorum, & quidem extra limites quaestionis. Secundò ut id paucissimè, ne intricentur mentes auditorum difficultatibus philosophicis, à quibus fides Catholica labefactari poterit. 3. Ne permittat Protestanti ut iterum illa repetat: sed ubi Protestans Theologus respondere conatur, tum tamen ut aliquid ex medijs praecedentibus conjectat, adhibeat protestationem, se non solvere illa principia quibus nititur Minister extra Scripturam, quam ex gratia, nec velle amplius de illis agere. Denique ut tantum partes rei tueatur, & contentus sit simpliciter negare falsas propositiones adversarij.

Respon.

Minor falsissima est. Nam principia rationis & consequentiae quibus Reformati adversum Lutheranos, & utrique simul adversus Pontificios communiter utuntur, non sunt probabiles, multò minus falsae, sed necessariae veritatis, ut ex argumentorum nostrorum examine patet.

Probationis loco quòd ait, se nūnquam ista tenere probare, sed tantum omnia nostra quae adversus Romanenses facimus, neganda esse: Respondeo, hanc progrediendi rationem infirmam

…ijs ex Protestantibus qui dicunt duo Contradictoria simul vera esse posse, seu posse ea simul vera esse, quae in Logicâ humanâ Contradictionem implicant, modò non sint contradictoria in Logicâ divinâ. Hi tales Theologi & Philosophi habent quo hîc se exerceant. Nam Contradictoria simul vera esse possunt eo, quo dicunt, modo, tum in infinitum possunt excurrere negationes Iesuiticae. Finis enim & terminus negationis est hoc principium, *Duo Contradictoria simul vera esse non posse: adeoque non posse simul esse & non esse.* Vt adeò ij qui contradictoria simul vera esse posse dicunt, limitem tollunt negationum, & ut in infinitum produci possint, efficiant. Videant igitur illi, quam commodam ansam praebeant Sophistis, & quantopere etiam in hâc parte arma Iesuitis suppeditent adversùs se disputandi. Vt adeò de illis vix conqueri iure possint, cùm non uno modo eos contra Evangelij doctrinam arment.

Nos quod attinet qui sentimus Contradictoria ne in Logicâ quidem humanâ, quam vocant, simul vera esse posse, nullo modo à Iesuiticâ hac strophâ laedi possumus. Dicimus enim hanc per negationes perpetuas progrediendi adversus Evangelicos methodum ineptissimam esse & stultissimam.

Primò enim etsi negare aliquandiu Romanensis possit, tamen non semper in negatione progredi potest. Nam cùm eò pervenitur, ut confirmandam si vera sit negatio adversarij, eum Contradictionem implicare, & idem simul fore & non fore, quod quidem absurdum & impossibile

An principia rationis Protestantium falsa probari possint & falsa.

An principia rationis Protestantium omnia probata, & falsa.

le sit, prout ostendimus supra cap. 8. certe necesse est cessare adversarium à negando. Tum enim non amplius habet quod neget. Quid si autem ulterius negare velit post ostensam Contradictionem, sequendum est exemplum Augustini tamquam Consilium, & non disputandum cum tali vitiligatore, sed ei Scripturae sacrae codex proponendus est, ut cum eo disputet. *Si & adhuc, ait, quod dicant, nesciunt: litigent cum Scripturis, non nobiscum. Ecce codex ipse, contra, à Domino certent.* In Psal. 21. Enarrat. sec.

Secundo dico, perpetuò negare sine probatione negationis contrarium esse officio *veri*, ut Augustinus loquitur, *disputatoris*. Nam bonus seu verus disputator tenetur necessariò quandoque ostendere falsitatem adversarij, seu rationem reddere, cur hoc falsum esse dicat. Dico *quandoque*; quia etsi verus disputator rem satis dignam praestet, si singularum suarum negationum rationem reddit; tamen interdum talis est natura negationis, ut nisi eam probet, officio suo non defungatur. Quod quidem fit quando consequentiam negat. tum enim tenetur rationem suae negationis reddere, & ostendere ubi vitium lateat, si secus facit, imperitiam suam prodit.

Hoc est quod Aristoteles docet 1. Elench. Sophist. cap. 1. *ἔστι δ' ὡς ἓν πρὸς ἓν εἰπεῖν ἔργον περὶ ἕκαστον τοῦ εἰδότος, ἀψευδεῖν μὲν αὐτὸν περὶ ὧν οἶδε, τὸν δὲ ψευδόμενον ἐμφανίζειν δύνασθαι*: quibus verbis docet, *officium sapientisque disputatoris esse non solum veritate imbutum esse, sed etiam posse monstrare & evidenter ostendere alterum falli.* Dicere autem ali-

quid

quid falsum esse, & non ostendere sedem falsi, cur falsum dicat, hoc non est ἐμφανίζειν τι... [illegible] ostendere, &c. Et clarius libro 2. cap. 2. [illegible] *Disputaturi reprehendis argumenta, & nihil certi de veris rationem determinat, suspicionem praebet se velle adversari, non quod veritatem prae se habeant, sed quod contraria laboret.* Quod diligenter observandum. Atque ea sunt quae Doctissimus Philosophus Cornelius Martini, in Analysi Logicâ Tract. 2. cap. 2. [illegible], ubi solidè contendit quando adversarius consequentiam majoris negat, tum respondentem *non teneri eam probare, sed adversarium qui negârat consequentiam, vitium ostendere debere.* Possunt etiam videri hoc loco quae lib. 1. cap. 14. de hac eâdem re disseruimus in Corollario, anne principia rationis quibus in argumentis suis Reformati utuntur, citra ullam solutionem rejicienda sint?

An principia rationis Procedentia eandem probat, & falsa.

Quod rationes attinet quibus nonnulli Procedantes adversùm Reformatos in eâ re contendunt: & quidem speciatim quas Vir Doctissimus Gerhardus profert iis loco jam memorato [illegible] satisfecimus.

Priorem autem rationem Jesuitae quod spectat ex eo petitam, quod Romanenses sint rei non autem actores; quia illa propriè ad novam illam Jesuiticam Methodum disputandi absque principiis rationis pertinet, de quâ cap. 5. hujus libri egimus: ideò ibi confutatio ejus videatur.

An principia examinanda Propositionum probab. & falsa.

Posteriorem quod attinet, falsum est respondentem philosophum tanquam tenem negationum suarum rationem reddere, quod apparet ex iis quae modò adversus hanc procedendi rationem in specie ex Aristotele disseruimus. Ut largiamur si maximè id in humanis scientiis liceret (quod tamen non licet, ut diximus) non id tamen in divinarum rerum scientiâ ad salutem pertinentium liceret; prout patet ex iis quae lib. 2. cap. 14. ex Augustino protulimus, docente *non tenendam responsione esse adversarius* veritati Christianae lib. 2. con. Crescon. cap. 17. 18.

Quod dicit se Religionis suae capita probaturum; ubi ante nos falsitatis convicerit; quale hoc promissum ipsius & quàm ineptum sit, eodem cap. 3. ostendimus.

Et quod contendit medium hoc necessarium non esse: in eo verò plurimùm fallitur. Solum enim hoc disputandi medium ex omnibus illis octo mediis simpliciter necessarium est in confutandis argumentis adversariorum: quae falsa esse ostendendum est; quod ni fiat, recta usque aguntur. Fit autem illud, tum quando examinamus argumenta adversariorum, & quid in illis falsum sit, velut indice digito monstramus. Et hoc quidem medium semper Scriptura, semper Ecclesia, semper ante hos Doctores & Scriptores Romanenses necessarium esse duxerunt, ut ex praxi ipsorum apparet. Ita enim Scriptura in Controversiis fidei, falsitatem ostendit argumentorum quae adversarij veritati obiiciebant Christo, Prophetis, Apostolis. Idem Patres praestiterunt; idem Romanenses agere perpetuò consue-

sunt,

...itate hoc Veronio minùm quantùm in ipsis ...erat, prout in sententiæ ipsius exhibitione ...o 1. vidimus.

Sed facilè est intelligere cujus causam pro... quam non necessarium hoc medium esse ...ecit. Nam quia veritatis indagationem ...ectat, & statum quæstionis defugit, atque ad ...vis alia extravagari laborat (prout abundè ...emus ex ipsius verbis) hinc examinare argumenta nostra supervacaneum ducit.

An principia rationis Præter omnia certitam prolah. & falsa.

Prima ipsius probatio, quâ nititur ostendere ...edium id necessarium non esse, impertinens ... Neque enim argumenta nostra ex philosophia ... verbo Dei adversùs ipsos desumimus: quia ... quia necessariò, maximè ob malitiam adversariorum, inserviunt principia rationis ad veram ... connexionum ostendendam, hinc etiam ... veritate ipsorum aut falsitate, & de legitimâ aut illegitimâ applicatione dispiciendum est in ... ubi errarunt, aut ubi ea malè applicarunt, ... adeò in philosophiâ erratur quàm à fide aberratur.

Secunda probatio calumniam continet ... ac si Cl. Molinæus articulos aliquos fidei ... Ethnicis probâsset. Verò est Molinæum citare Ethnicos illos auctores, sed non ut veritatem ...entiarum fidei exinde probet, sed ut veritatem connexionũ suarum manifestam faciat ac declaret. *Veritas autem connexionum etiam in Scholis illis disci potest quæ extra Ecclesiam sunt*, ... Augustinus lib. 2. de doct. Christ.

Tertia probatio Romanensibus, qui hactenus methodo recepta usi sunt, non nostræ causæ obest. Horum est Iesuitæ respondere, & li-

An principia rationis Protestantis tantùm probab. & falsa.

berare, se ab accusatione, quâ causæ suæ obesse, libros suos mole nimiâ turgidos efficere, tempus perperam insumere, ac denique mille incommoda Religioni suæ causari taxantur.

Conditiones quibus cum admittit hujus medij usum, & quidem primam quod concernit: falsam est ut ostendimus, examen singulorum argumentorum adversariorum ad rem non pertinere. Secunda arguit, quàm iustè à vi argumentorum nostrorum sibi metuit. Tertia Sophisticum studium à proposito statu quæstionis & indagatione veritatis deflectendi indicat.

In qua re Sophistis Protestantes ipsi sibi causam adversum se dederunt, qui à principiis rationis quæ ad veritatem connexionum ostendendum assecuntur à nobis, vel invitos nos ab- h.e. ad Scripturam pertrahendos dicunt.

Quartam absurdam esse patet ex c.4 ubi de textu Pontificio egimus.

Cap.

CAPVT XIII.

Ex ratione argumentum decimum.

Ex eo quod ratione fides stabiliri non possit Iesuitæ & Protestantium quorundam argumentum. Quorum rationes proponuntur. Quomodo fidem ratio stabiliat, quomodo non? Gregorij Nazianz. in id auctoritas. Philippum Mornæum nõ statuere, Trinitatis mysterium ratione etiam percipi posse, contra iniquam accusationem Meisneri ostenditur. Goclenius quo sensu dicat fidem ratione stabiliri? Respondetur argumentis adversis. Fiducia fidei quatenus ratione stabiliatur?

An ratio fidem stabiliat?

QVÆ sententia tradit fidem ratione stabiliri ea est falsa.

Atqui sententia de usu & necessitate principiorum rationis tradit fidem ratione stabiliri. Ergo.

An ratio fidem stabiliat

ad argumentationes Dialecticas. In Dialecticis
[illegible] fieri saltum notum est, quoniam probari debent
[illegible] principia cum facultate ad omnes scientias
pertinent. Sic posita definitione poni definitum,
posita causa [illegible] poni effectum, posita essentia rei
poni eius proprietates, & alia his similia absque [illegible]
[illegible] Nec saltum facit Theologus cum iustificatio-
[illegible] [illegible] definitione iustificatio-
[illegible] aut cum ex causis iustificationis [illegible]
[illegible] [illegible] poni, aut denique cum Chri-
[illegible] voluntatem humanam habere probat, quia
[illegible] humanam habeat, cuius voluntas huma-
[illegible] proprium aliquid est. Similiter res se habet,
[illegible] aut id genus aliis principiis utitur [illegible]
[illegible] Medicus. Sed nec saltus est, cum prin-
cipia talia in demonstrationibus adhibentur, &c.

An hac quaestione de genere in genus per [illegible]

Quaeritur 3. 9. num sit saltus, quando ex una scientia in alteram transfertur doctrina, sine qua vel demonstratio ipsi scientiae propria intelligi, vel illustrari in commentatione aliena satis non potest. Ratio est, quod tum aliquem habitum quem tradunt demonstrationes [illegible] ibat. Nec certe semper omnia scientiae sunt, quae in uno libello aut tractatione afferuntur, &c. Sic Theologus expositurus doctrinam de Trinitate personarum in divinis, praemittit dissertationem de persona in universum quid sit & quomodo describatur, quid sit Essentia rei, quid Existentia ejus & subsistentia, &c. Nec ideo Theologus aut genera transfert, aut disciplinas confundit, cum ipsas demonstrationes Theologicas non ex his, sed ex Scripturis conficiat, etsi haec ad illas intelligendas supponat, &c. Eodem modo esse tres personas in Essentia divina, & quod sit ratio singularum personarum esse unam existentiam & tres subsistentias in eadem, sola Scriptura docet, & ex ea sola demonstrari debet, & nihilominus tamen descriptio personae in communi, &c. quatenus [illegible] Scripturis non petitur, nec ibi reperitur. At peccatum est transitus ex alia disciplina in Theologiam, quando ex Scripturis demonstrationes Theologicae fiunt. Quare nec etiam transitus fit, quando illa quae Dogmata in Theologia explicantur, & aliunde mutuo accepta ad disputationes Theologicas transferuntur.

Quaeritur & ultimo 3. 10. num sit transitus si propterea quod in una disciplina ea sunt explicata per ea quae in altera cognoscuntur, principia inde assumuntur eatenus quatenus altera illa disciplina ad finem suum, cum principia illa sunt etiam alteri domestica. Exempli gratia quod in Theologia dicitur & forte in alia

etiam

...m disciplinam practicam, quam ut scientiae propriae sit
...e assignare nequit. Sic Theologia, cum Scri-
...a personas divinas revelet sub nomine gignentis
...geniti ac procedentis, demonstrationes eiusmodi
...t: Quorum unus est gignens, alter genitus, illi re-
...r differunt. At Pater & Filius, &c. Verbum
...ius est eiusdem cum Patre suo essentiae. Atqui
...istus est verus Dei Filius. Ergo. Quod res
...ducit & conservat, loquitur, intelligit, gignitur,
...titur, &c. illud est persona non virtus aliqua &
...prietas. Sed Filius Dei ista facit. Ergo. Sane
...eiusmodi demonstrationes Theologicae certissimae
...t. Similes fiunt de persona Christi, &c. Qui esu-
...t, mundus habetur, crescit, angitur, &c. is est
...us homo. Sed Christus. E. Qui est verus ho-
...habet voluntatem humanam: Christus, &c. Qui
...verus homo habet animam rationalem: Christus,

Conclusiones autem sunt Theologicae, & ex
...scriptura eruta, & tamen maiores propositiones è
...mine naturae petuntur. Certè verum filium habe-
...eandem substantiam cum Patre suo, &c. hoc om-
...naturam docere manifestum est, nec in Scriptura se
...alibi explicantur. Neque tamen sic transitur,
...m istis in demonstrationibus Theologicis adhiben-
...r: nam etsi Scriptura ipsa propositiones istas non
...abet, supponit tamen tanquam alias notas aut a-
...endo cognoscendas, & stabilit eas ac valere in di-
...etiam testimonio, easdem tamen quatenus non
...tradantur alterius, quam hominis noticiae ex patiun-
...r, quas Scriptura alibi expresse docet. Sic cum ea
...docat, Deum esse Patrem, esse item Filium, docet eni-
...esse distinctas in Deitate esse personas, docet etiam

An fiat transitus de genere in genus per istam [illegible]

An sit transitus de genere in genus per usum princ. rat. &c.

unam personam diuinam eandem habere cum altera hac entitatem ad illud sequitur. &c.

Hæc Hornejus doctissimus, quibus nihil ad- do quàm fundamentum propter quod in Theo- logia non committatur transitus de genere in genus, quando principiis rationis in Contro- versiis utimur quatuor aliis modis (nam secun- dus ex quinque ad nostrum institutum non per- tinet) fundamentum, inquam, in eo consistere, quod antea diximus: nimirum quia sic adhiben- tur principia rationis non ad probandam veri- tatis sententiarum fidei, sed connexionum veri- tatem ostendendam.

Ex quibus apparet iniuriâ nos accusari transi- tus de genere in genus. Nam ut insistamus con- ditionibus quibus ille ostendit non fieri transi- tum de genere in genus, postquam in principali Syllogismo veritatem sententiæ fidei per me- dium ex verbo desumtum probavimus, si con- nexus medij cum majore negatur ab adversa- rio, adhibemus principia rationis & philoso- phiæ in Syllogismis minus principalibus, ut o- stendamus nexum illum, ut demonstremus de parte subiecti quod de toto subiecto ante de- monstratum erat, & in specie ea quæ de corpore naturali in universum demonstrata sunt in 8. lib. ἀκροάσεως illud scilicet motum, quantitatem, lo- cum, &c. habere, etiam applicamus cuique ejus parte seu in individuo. Secundo loco assumi- mus principia non propria, sed communia. Ter- tiò absque quibus probatio Theologica non in- telligi, seu fieri, & objectiones in contrarium al- latæ solvi nequeunt. Quartò assumimus ea ita

ut

non extendamus ea ulterius, quam limita-
tes ex parionum, quas Scriptura alibi expres-
sidit.

Qua occasione observationē meretur quod
Theologus Henricus Altingius, olim Heidel-
gensis nunc Groningensis Academiæ Profes-
[illegible]limio, cuius viri accessum Reformatos ne-
gabat, & duobus argumentis id ipsum probat.
[illegible]. *Quod corpori convenit, quà corpus, id corpo-*
ri glorioso absque [illegible] *tribu-*
Sunt enim & alia circa corpora [illegible] *non*
[illegible] *naturam corporis, sed exornat. Localitas*
[illegible] *convenit quà corpus: Ratio; quia convenit*
[illegible] *quantitatem, extensionem in longum, latum, pro-*
fundum, partes habens extra partes. Ergo

2. *Quod glorioso corpori Christi convenit, idem*
glorioso beatorum corporibus convenire potest abs-
[illegible] *suis* [illegible] *: ut cui ipsa conformia futura*
[illegible] *Phil. 3.21. Localitas convenit: quia* [illegible]
quantitas, extensio, partium extra partes positio
[illegible] 24. 39. Ioh. 20. 20. 27. *Ergo.* Ita solidissimus ille
Theologus, quē hoc loco obnixè rogatum volo
[illegible]orum illud suum opus Locorum commu-
nium anaskeuasticorum & kataskeuasticorum
[illegible] hinc inde ut alibi ita in Gallia nostra sum-
[illegible] cum fructu à plurimis manuscripti hacte-
nus leguntur, & à bonis omnibus quibus copia
[illegible] videndi facta est avidissimè expetuntur, pu-
blicæ dare utilitati haud gravetur. Non potest
[illegible] dispendere Deo anathema gratius in Eccle-
sia, pro insigni liberatione sui quâ ex faucibus
[illegible]orum in funesta illa, eheu Heidelbergensi
[illegible] direptione & captivitate ereptus est, ac servatus

An sit manifesta- da prae- re in po- nas per usum potentiam, &c.

An sint quæstiones de genere in genus per usum principiorum, &c.

in gloriæ divinæ exaltationem & Ecclesiæ ædificationem. Veniam dabit lector hoc postulanti mihi, cui fas fuit contra solam, sed plenmonum bonorum desideria hîc exprimere.

Ita manifestum est aliquâ causa & mentis nostro gravari nos Reformatos, cum ratione illi à fratribus aliis Protestantibus. Sic etiam injuriam nobis & Lutheranis simul facit Iesuita, cùm nos eiusdem culpæ insimulat omnino, in argumentis quæ communia nobis in causa communi sunt. Nam in Controversiis adversus Pontificios non adhibent Protestantes principia rationis ad probandam veritatem sententiarum fidei, sed tantùm connexionum negatarum à Romanensibus.

Ad argumenta quibus minor à Meisnero probatur, & quidem ad prius respondeo: experientiam neququam docere nos commissionem transitum de genere in genus. Nam omnia ista argumenta ad quæ Osiander v.g. respondet necessitatem fieri de genere in genus, sic se habent, ut medius terminus, quo probamus veritatem sententiæ fidei seu Conclusionem principalis Syllogismi, sit desumtus ex verbo Dei. Quia vero isti negant nexum illius medij cum maiore, v.g. *Nullum verum corpus naturale potest esse ubique*, hinc iam ob ipsorum negationem, cogimur probare nexum hunc, quod utique fieri debet, ex natura & rationem rerum veritas connexionum ad maiorem pertineat. Et quia ipsi negare non desinunt, necessum est subinde alia principia rationis post alia adducere, unde paulatim ipsorum vitio & culpâ (qui adversus claram lucem

naturā ad ostendendum veritatem connexio-
num revelatam oculos claudunt) saepe philoso-
phicam ἀξίωσιν adiungi Theologicae necesse
est, quādoquidem, ut dixi, veritas connexionum
cui resistunt & resistere pergunt, non aliunde
quām ex philosophiā hauriri potest.

An sit transitus de genere in genus per istam principia. &c.

Ad posteriorem probationem respondeo ma-
iorem veram, sed minorem falsam esse. Verum
est, eum qui thema Theologicum per medium
philosophicum concludit, committere transi-
tum talem; sed id à nobis non fit, utpote qui tale
thema per medium è Scripturā petitum proba-
mus: principia autē rationis ad veritatem con-
nexionum ostendendam afferimus. Non obser-
vat igitur Meisnerus discrimen veritatis senten-
tiarum & connexionum, qui certè in Viro do-
cto intolerabilis error est, & quod discrimen si
multi ex fratribus Protestantibus observassent,
dudum iam tot contentiones in Ecclesia
non fuissent. Haec etiam ad hoc
argumentum.

CAPUT XVI.

Argumentum ex ratione decimum tertium.

An philosophia & Theologia misceantur, &c.

Aliud argumentum ex eo petitum, quod sic philosophia & Theologia misceantur. Meisneri, Viri doctissimi, & Iesuitæ opinio. Responsio ad argumentum. Quid sit vinum aquâ miscere in rebus fidei, adversus Meisneri errorem ex Athanasio ostenditur? Ab accusatione eiusdem Reformati liberantur.

Si per usum principiorum rationis in argumentis Theol. mixtum aliquid fit ex philosophiâ & Theologiâ, ex rebus humanis & divinis; tum illicitum est uti ratione in argumentis Theol.

Atqui verum prius, Ergo & posterius.

Meisnerus quæst. gen. de usu philos. ait: *Summum philosophiæ abusum esse, si ex eius principiis de essentiis Theologicis iudicare quis præsumat, argueret* MISTUM *quod ex Theologia & philosophia efficeret, de quo conqueritur Dominus apud Esai. 1. 22.* Vinum tuum MISTUM est aquâ. *Mixturæ hu-*

jus

a deformitatē facti videantur, sic nonnulli ex [illegible] Sadeel. Zanchius, &c. Sed cùm hîc [illegible] Calvinianis confiteretur, quod olim Dunelmensi philosophandam [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] dicebant, &c. Ita Calviniani [illegible] ex principiis philosophicis in Theologiâ [illegible] non esse. & tamen ipsi nihil magis [illegible] hoc ipsum in [illegible] positum habent, [illegible] [illegible] sunt, qui veritatem & philosophiæ decempedâ [illegible] religionis nostræ [illegible] [illegible] profitentur, [illegible] loquitur Scaliger, &c. Proinde ipsorum confessio [illegible] illis opponenda erit, quoties argumentis rationis produxerint, &c.

An philosophia & Theologia pugnent.

Vir doctissimus in Method. Theol. adversus Reformatos disserens: Error vero, inquit, [illegible] [illegible], quæ olim [illegible] [illegible] in Ecclesiam [illegible] [illegible], introducere volumus, [illegible] [illegible] longe sanius & consultius est, philosophiâ valere [illegible] [illegible] ex lumine Naturæ explicanda, [illegible] & confirmanda, ac de divinis mysteriis [illegible] rationem & philosophiam positis non nisi ex revelato verbo disserere? Opponimus igitur Alstedio quod ipse dixit, &c.

Iesuita hominis mixtione accusat omnes Protestantes in Controversiis quæ ipsis cum Pontificiis intercedunt. cap. 6. §. 2. inquit: [illegible] esse à Protestantibus [illegible] formalem sive MIXTIONEM CONSEQUENTIARUM. Item cap. 8. §. 5. Cognovi, ait, ante [illegible] MIXTIONEM, quæ ex parte hominum oritur, videre an Scriptura [illegible] explicari [illegible], &c. Et §. [illegible] manifestius fiet, MIXTURA rerum humanarum quam introducunt, &c. [illegible] est postulare probationem propositionis alterius [illegible]

p. 216.

p. 219.

p. 234.

An philosophia & Theologia misceantur, &c.

quam munder extra Scripturam allegat, &c. Et paulò post: *quot quasi propositiones extra Biblia alias* ADMISCEBIT? Et §. 10. *Adversarij, alt, ut satisfidiam frant, interpretationibus suis* ADMISCENT *propositiones aliquas quæ in Scripturâ non sunt.* Sic alibi sæpius.

Maioris consequentiam probat Meisnerus, ut manifestum est ex dictis, *Primò* ex loco illo Esaiæ 1, 22 allegato. *Secundò* ex confessione propriâ Reformatorum Theologorum, quos tamen ait, ut vidimus, sibi ipsis contradicere.

Minorem verò idem probat experientiâ. *Nam*, inquit loco citato, *perpende doctrinam ipsorum disputationes de Communicatione idiomatum, de omnipræsentiâ carnis Christi, de Cœnâ Domini*, &c. *Quid ibi magis, quàm principia urgent Physica & philosophica?*

Respon.

Negatur minor: nec Reformati adversus Vbiquitarios & Pontificios disputantes, nec utrique in argumentis quæ ipsis communia contra Pontificios sunt, mixtum aliquid ex philosophiâ & Theologiâ, ex Scripturâ & ratione faciunt. Absit: detestamur hanc mixturam ex animo, & Scholasticis eam relinquimus, quam tùm demum committeremus, si principia rationis & philosophiæ adhiberemus tanquam fundamentum & principium fidei, & per ea probaremus mysteria, quod profectò à nobis non fit, qui illa tantùm ut instrumentum cognitionis admittimus. Quemadmodum igitur cum ocu-

lis

his corporis & intervenire luminis solis [illegible] mus obiectum visibile, nulla mixtio fium oculi & Solis sic luminis [illegible] cum obiectum fidei per medium e Scriptura desumptum cognoscitur intervenien te rationis principio [illegible] mixtio nulla fieri dici potest Scripturæ & rationis. Theologiæ & philosophiæ, quia scilicet duo illa non concurrunt sub eadem ratione aut instrumenti aut medii, sed unum habet rationem fundamenti ac principii fidei seu medii Conclusionis, alterum autem habet rationem instrumenti.

An philosophia & Theologia misceantur, &c.

Ex quo facile ad probationem minoris responderi est falsum quippe est nos in argumentis illis nostris mixtionem ullam talem admittere. Urgemus quidem principia physica, sed inde non sequitur mixtionem illam fieri; sequeretur enim ea tum demum, si urgeremus ea ut principium & fundamentum fidei, atque ad probandam veritatem sententiæ illius, non autem ut instrumentum cognitionis ad ostendendam veritatem connexionum.

Maior probatione quidem opus non habebat, quæ tamen utraque vitiosa est. Nam prior impertinens est, & locus Esaiæ perperam applicatus, qui ibi (ut nec alibi) non reiicit [illegible] principiorum rationis in rebus fidei, sed deplorat corruptionem cultus divini factam per idololatriam & alias superstitiones. Tantumque abest ut Esaias reiiciat usum principiorum rationis in Controversiis sive argumentis fidei, ut potius grauiter reprehendat populum cap. 44. quod sana ratione non utatur, ut vidimus lib. 2. c. 5. Ita

An philosophia & Theologia misceantur, &c.

igitur apparet falsum esse Esaiam compari loco allato de mixtura principiorum rationis & Scripturae. Si tamen ἀλληγορίζειν lubet, & aliorsum transferre sensum propheticum, tum longe aliter applicanda sunt verba illius. Tum demum enim vinum aquâ miscetur in Controversiis Theologicis, non quando utimur principiis rationis modo illo nostro, qui legitimus est: sed quando quae rerum creatarum propria sunt, Deo tribuuntur, aut quae divina sunt creaturis adscribuntur. Cujus rei testis est Athanasius, qui hoc modo locum illum Esaiae allegoricè applicat: [illegible Greek text], *h.e. humanam perspicaciam est, ut Paulus praecipit, lectioni attendere, ut rem cum iudicio discernant, & pro natura rerum quae describuntur, vocabula accipiant, sine intellectus confusione, NE QUAE DEI SUNT, HUMANO MORE FIERI INTELLIGAS, NEC IN REBUS HUMANIS TANQUAM DE DIVINIS COGITES. ID ENIM EST VINUM AQUA MISCERE, & alienum ignem inferre,* &c. Epist. de decret. Synod. Nic. pag. 2[illegible]. edit. Colon. Ita igitur Meisnerus ex Athanasio videre poterat, quomodo in rebus fidei vinum aquâ misceatur.

Posterior probatio falsa est. Siquidem nemo quisquam ex Reformatis videtur agnoscere de-

formã

mitatem intectura humana, item nos nobismet & ipsi contradicere, & metiri fidem philosophia. Nam non videntur tantum agnoscere deformitatem illam, sed reverà agnoscunt & detestantur, non quidam sed omnes. Et [illegible] tantum probare non potent, nos vobis in eo cõtradicere, aut philosophiæ decempeda religionis agros metiri.

CAP. XVII.

Ex ratione argumentum decimum quartum.

Aliud argumentum Iesuita, Meisneri, & Viri Doctissimi ex eo petitum quòd principiis rationis uti, sit imitari hæreticos, Gentiles, Scholasticos. Prosyllogismi istius argumenti proponuntur. Ex Augustino & Greg. Nazianzeno ostenditur abusum principiorum rationis non præiudicare vero illorum usui. Nec Reformati nec Protestantes omnes simul imitantur Gentiles, hæreticos, Scholasticos in usu principiorum

An principia rationis uti sit imitari hæreticos, Gentiles, Scholasticos.

rationis. Respondetur Prosyllogismis adversæ opinionis. Duarum enunciationum conciliatio: scilicet, Credenda sunt mysteria ut intelligantur: & intelligenda sunt mysteria ut credantur. *Injuriæ quâ Ubiquitatis assertores afficiunt Reformatos, in ipsorum illorum noxam à Romanensibus convertuntur.*

an prin. rat. usu fit imitatio hæreticorum, Gentilium, Scholasticorum?

Si ea doctrina & praxis Reformatos Gentiles, hæreticos & Scholasticos, aut una Reformatos & Lutheranos simul hæreticos pariter imitari facit, ea est falsa & illicita.

At Reformati doctrinâ suâ de usu principiorum rationis in argumentis Theologicis, itemque ipsâ praxi in Controversiis cum Ubiquitariis Gentiles, hæreticos, & Scholasticos, pariter etiam Lutherani & Reformati in Controversiis cum Pontificiis hæreticos imitantur. Ergò.

p. 107. 908. 909.

Jesuita cap. 3. & 4. ut causam Protestantium odiosam faciat, comparat eam cum Veteribus hæreticis in eo, quòd ut illi olim, sic hodie Protestantes per se fateantur *errores suos è Scriptura vel verbis expressis vel* PER CONSEQUENTIAS *evidentes ac necessarias*, adeoque interventu principiorum rationis probare. In quem finem uti-

tu

s inductione exemplorum veterum hæreticorum.

Meisnerus proœm. phil. sob. *Tria sunt, ait, omnium hæreticorum principia. 1. αὐθαδεία vel ambitio. 2. ἀπαιδευσία vel imperitia, & tandem 3. philosophiæ abusus. Omnes hæretici vel ex superciliis Samosateni fastu, vel ex Arij Dialectica, vel ex alterius ἀπαιδευσίᾳ prodire deprehenduntur, scribit Theologus incomparabilis, Martinus Chemnitius ar. 1. lib. cap. de loc. 2. de pers. Christi. Sicut ergo αὐθάδεια vel contentio de Primatu Papatum genuit, ἀπαιδευσία Anabaptistas, aliosque fanaticos produxit: ita illegitimus philosophiæ abusus progeniem Calvinianam, sicuti proprie mixtam infeliciter parturita est.*

> An pot. rat. an fit imitari heretic. cor. Gentil. les. Scholasticos. p. 3.

Ait igitur nos hæreticos imitari & in specie quantum doctrinâ nostrâ & praxi quantum ad principia rationis attinet. & nos Reformatos in ipso hæreticorum censu locat.

Idem etiam dicit nos in eo Gentiles imitari. *Quâ in parte*, ait loco allegato, *fideliter imitantur infidelem illum philosophum Averroem*, &c. Et quæst. gen. de usu philos. accusat nos, *quod principia philosophica a nobis constituuntur norma & canon controversiarum Theologicarum, quod nihil pro vero habeamus nisi quod ad conclusiones quadrat philosophicas vel quod in usu positum habuerunt philosophi Gentiles, de quibus Cyprianus scribit: Omne quicquid à rationibus suis deviare videtur, supra vires humani sensûs ad dementiam referunt, & à veritate separant, alienum.*

> ibid.
>
> p. 42. 43. 44.

Idem ait nos Scholasticos imitari. *Ista (opinio) philosophiam extollit ut quidam ipsi magistræ*

> p. 11.

An posit. rationi sit imitati hæreticorum, Gilberti. Scholasticorum

rum & Theologiam remiscent, fidem stabilire dicat, & de multis religionis nostræ articulis ex quâ statuendum esse pronunciet: quam sententiam secuti fuerunt Scholastici tunc plerique Calviniani, præsertim Goclenius & Keckermannus. Ib. Item sic, qui ad veritatem oppugnandam regulas consequentiarum & alia probabiliter ratiocinandi instrumenta accommodare, &c. Taxatur in Scholasticis id ipsum Antonius Sadeel[illegible]. Scholasticorum, non ipsi & Calviniani reliqui eiusdem cũ Scholasticis essent criminis. Verum grave dolor, contrariam scripturis ipsis rationem iglutiunt, quæ profectis magis fuit, rerum in accommodandis Logicis, quam demonstrationibus Biblicis.

p. 752. Vir Doctissimus in Meth. stud. Theol. adversum Reformatos disputat & contendit rationi non esse deferendum iudicium de rebus talibus alia ait: *Sit μεταφορὰ διαιτάσθαι, quæ olim rationali in Ecclesia fuit exitio, ut videretur, an Scholasticam Theologiam à B. Luthero meritis laboribus ac sudoribus expulsam in nostras Ecclesias, quasi postliminio revocare, & tum applausu in Cathedram Theologicam reponere volumus? docent longè sanior & consultius est, philosophiæ sua relinquere ornamenta, &c.* Ita igitur putat Reformatos hoc modo Theologiam Scholasticam denuò introducere.

Minorem probat, quantum ad hæreticorum imitationem attinet, Iesuita, ut ex dictis apparet ex eo, quod ut olim hæretici dum præ se ferrent, se è Scriptura argumentari, illi per consequentias suas, & principiis rationis abutebantur: ita & Protestantes eodem modo è Scriptura argu-

men-

sententias cumque per interventum principiorum rationis ad suos errores detorqueant.

An principati sit imitari hæreticos, Gentiles, Scholasticos.

Idem de Reformatis probat Meisnerus 1. quia, *quod Academicam, non alet in Ecclesiam non recipiant, h.e. quod à ratione ipsorum dissentit, non credendum esse præcipiant.* 2. *Sicut ratum Christianum est, Credenda sunt mysteria fidei, ut intelligantur, ita è contrario principium Calvinisticum est, intelligenda sunt mysteria fidei ut credantur.* in procem.

Reformatos imitari Gentiles probat Meisnerus 1. ex eo: *quia ea ex parte fideliter imitantur infidelem istum philosophum Averroem, qui Christianis subinde oggannebat: Credere aliquid esse verum, quod ratio non potest apprehendere, nec intellectus intelligere, desipientis signum esse dicentes. Hoc ipsum cum & Calviniani suum quasi symbolum fecerint, &c.* in procem. 2. exinde probat, quod *à nobis principia philosophica constituantur norma Controversiarum Theologicarum,* &c. ut vidimus. *p. 5.* *p. 42.*

Eosdem imitari Scholasticos probat Meisnerus 1. ex eo quod *philosophiæ concedant Magisterium in Theologiam.* 2. *dicant, fidem stabiliendam rationi.* 3. *de articulis fidei ex philosophiâ statuendum pronuncient.* 4. *Quia regulas consequentiarum & alia probabiliter ratiocinandi instrumenta ad veritatem oppugnandam accommodent.* quæge-nec. 5. Idem probat Vir Doctissimus in Meth. stud. Theol. ex eo *quod mixtum efficiant* Reformati *ex Theol. & philosophiâ.*

Responsio.

An principiis rationi haeretici, Gentiles, Scholastici abutuntur?

Argumentum hoc eo tendit, ut non solum debilem, sed etiam odiosissimam reddat causam nostram. Sed perperam id instituitur. Nã nobis qui rectè utendum dicimus, & rectè utimur principiis rationis, praejudicare non potest, quod haeretici, Gentiles, Scholastici iis non tam utantur quàm abutuntur. *Neque enim quia et suis scientiam definiendi, dividendique, partiendi plerique & opinionibus erroris sui vel falsi philosophi vel etiam haeretici, hoc est falsi Christiani adhibere consueverunt, propterea falsum est neque in definiendo, neque in dividendo aut partiendo aliquid complectendum esse quod ad rem ipsam non pertineat*, ut ait Augustinus lib. 2. de doct. Christ. cap. 35. quod ipsum principiorum rationis usui & instituto nostro rectè applicare possumus. Et praeclarè Gregorius Nazianzenus contendit etsi philosophiã & rationis disciplinas multi abutantur, perperam tamen facere multos Christianos qui eam [illegible]

[illegible]

[illegible]

... In capite quodam inde-
rius ab infidelissim & perniciosissim procul a Deo a-
uertentem, asseruntur. Quemadmodum enim
caelum, terram, aerem, quaeque rerum complexu con-
cludunt, non adeo contemneri debemus, quia nonnulli
scelerate acceperant pro Deo ea quae Dei sunt, & ve-
nerantes: quin potius quicquid non ad [illegible]
ad [illegible] usui est decerpentes: quic-
quid perniciosum est fugientes, neutri creatas ad-
versae (creatae enim [illegible] faciunt) contemnentes, sed
ex rebus conditis Creatorem agnoscentes, atque [illegible]
[illegible] intellectum Apostoli verbis [illegible]
[illegible] quemadmodum [illegible] nec i-
[illegible] nec res ulla alia [illegible]
[illegible] nec [illegible], nec res ulla alia [illegible]
natura vel maxime utilis est, vel maxime noxia, [illegible]
[illegible] ut iis qui utuntur placet: atque adeo ex serpen-
tibus bestiis quibusdam interdum salutaribus medi-
camentis [illegible]: eodem nos quoque modo ex
[illegible] & disciplinis id quod ad indagationem
[illegible] & contemplationem pertinet (ita enim verti
debet quod Basilius [illegible] requirenda rerum
natura & contemplatione versatur) suscipimus

an prin. rat. uti sit imitari hæreticos, Gentiles, Scholasticos

quicquid autem ad dæmones & errorem & exitij voraginem ducit, respuimus. Imò etiam ab iis ad Dei cultum adiuti sumus, ex deteriori id quod præstantius est cognoscentes, atque illorum imbecillitate doctrinam nostram fulcientes. Quamobrem non idcirco eruditio contemnenda est, quòd ita quibusdam videatur: quin potius stulti atque insipientes habendi sunt, qui hoc existimant: qui omnes sui similes esse cupiunt, ut privatum eorum inscitia sub communi delitescat, nec quisquam ipsorum imperitiam prodat & coarguat. Ita Gregorius Orat. funeb. in laudem Basilij Magni. Quæ autem verba ut de tota philosophia, ita etiam de principiis rationis quæ in eâ exculta sunt, & tunc maximè philosophicæ appellantur, sunt intelligenda. In summa, nequaquam sequitur, si Gentiles, hæretici, Scholastici iis principiis abusi sunt, id in causæ nostræ præiudicium cedere ac eam deteriorem efficere. Hæc in genere notanda sunt. In specie ad minorem respondeo, eam falsam esse. Neque enim Gentiles, aut hæreticos, aut Scholasticos in eo imitamur, sed Christi, Prophetarum, Apostolorum, Conciliorum & Patrum exempla ac vestigia sequimur. Nam quod ad Gentiles & cæteros illos attinet, primò utebantur illi ratione corruptâ, seu ut in corruptelam suam immersa est. Deinde, si interdum veræ & sanæ rationis principiis utebantur, iis abutebantur, dum malè applicabant & eam à veritatis connexione suis sententiarum aberrabant. Nos ita Reformati in suis Controversiis, nec omnes Protestantes in iis quæ communia habent contra Papatum.

Ad

Ad probationem minoris à tertia allatam, respondeo, primò eam si quæ illius vis sit, quæ nulla est, non magis in nostri quàm in Christi, Prophetarum, Apostolorum, Patrum, Conciliorum ludibrium cedere, hi enim omnes in Controversiis fidei è Scriptura eliciebant argumenta ac Conclusiones interveniente principiorum intellectus. Imò sic omnia Pontificiorum argumenta quæ è Scriptura elicere conantur, hæresin sapient. *Deinde* dico, imitationem hæreticorum nō in eo consistere, quòd ut illi, sic etiam alij principiis rationis utantur; sed in eo, quòd ut illi principiis falsæ rationis utuntur, aut veris principiis abutuntur, sic etiam alij atque in specie Pontificij, non autem nos. Itaque non nos hæreticos imitamur, sed Romanenses eorum vestigia legunt.

An princ- [illegible] hæreti- [illegible] les, Scho- lastici?

Ad priorem probationem Meisneri dico, eam validissimam esse. Recipimus enim totum verbum Dei, & quæ exinde per bonam & necessariam consequentiam eliciuntur, etsi Academicā Philosophiam & rationē nō olfaciant, hæc etsi non secundum, sed supra rationem sint, seu etsi ad ea ratio nequaquam ex se assurgere possit. Neque enim rationem sed verbum Dei pro norma veritatis sententiarum agnoscimus. Rejicimus autem commentum Ubiquitatis & similia, quia verbo Dei, cui sana ratio fideliter inservit, contraria sunt.

Ad posteriorem, dico principium hoc non Calvinisticum, sed Scripturæ esse, quæ docet *Christum* COGNITIONE *sui multos effecturum iustos*: Item, *hanc esse vitam æternam ut Patrem so-*

> An principia rationis sint fontes hæreticorum, Græcis, Scholasticis.

hem verum Deum & Iesum Christum velle agnos-cere; quæ docet, non debere fideles esse *sicut e-quum & mulus*, & frequentia talia. Neque repu-gnat dictis illis principijs quod Meisnerus asserit, modò rectè intelligatur, & non in ignorantia & errorem subtilissimum ac ... tribuatur in Papismo &c. cuius erroribus hic ... in cæteris quæ de principijs rationis dicit, Meisnerus statuæ verificatur. Nam dum dicitur, *credenda esse my-steria fidei ut intelligantur*, non utique indicatur, stupidum & sine intellectus operatione debere esse hominem. sed sensus est hæc mysteria fidei non ex intellectus & rationis principijs seu na-turæ lumine profluere, sed ex verbo quod fidei obiectum ac principium est; & secundum hoc verbum ut unicam regulam sententiarum fidei intelligenda esse mysteria. Quando autem dici-mus, *Intelligenda esse mysteria ut credantur*; non hæc mẽs est nostræ intellectum esse principium ac normam & regulam sententiarum fidei; sed hic est sensus verum fidem non in ignorãtiã stu-piditate & cæcitate consistere, sed cognitionem intellectus necessariò in eâ requiri, quæ cogni-tio verbum Dei pro obiecto & fundamento, principia autem rationis seu lucem naturalem à Deo animæ insitam pro instrumento habeat. Vt igitur qui Solis lumen videre iubetur, oculorum usum adhibere non prohibetur, sed iis uti eo i-pso iubetur: ita dum credere iubemur mysteria fidei, eo ipso etiam intelligere illa & cognosce-re monemur. Fides enim cognitio est. Ita re-sponsum est ad testimonium minoris, quo hæ-reticos imitari Reformati, à Lutheranis, & Lu-

theranis

therani quoque à Iesuita dicuntur.

An principia sit ... Iesuitis haereticis, Gentiles, Scholasticos?

Quod attinet ad probationem illius partis quâ Reformati à Meisnero dicuntur Paganos imitari: id quidem ad priorem: dicere, eum in aeternum perire non posse, nostrum aliquem subscribere infideli illi Arabis dicto, qui sic Christianam doctrinam respuebat, quòd nihil putaret credendum nisi quod secundum naturam esset; nec quicquam admittebat eorum quae supra rationem sunt. Nos verò admittimus & credimus omnia quae in verbo Dei continentur seu formaliter seu virtualiter, ut loquuntur, etsi rationem infinitis modis superent. Vbiquitatis fictionem & similia commenta rejicimus, non quòd ratio ea non possit apprehendere, nec intellectus intelligere, sed quia verbo Dei contraria sunt cui veritas aeternalis à Deo in homine plantata inservit.

Ad posteriorem, falsa ea pariter est. Vt enim saepissimè diximus, non rationem sed verbum pro normâ Controversiarum fidei habemus.

Tertij membri probationum primum quod concernit, falsum est nos magisterium concedere philosophiae in Theologiam, ut in sequente capite etiam clarius apparebit. Ad 2. quomodo accipiendum sit id quod quidam ex nostris dicunt fidem ratione stabiliri, patet ex cap. 15. Vt non verbo, stabiliremus fidem ratione ut principio illius, tum imitaremur Scholasticos, quod non.

Ad 3. ea pariter falsa est. non pronunciamus, nec dicimus pronunciandum ex philosophia de rebus fidei, sed ex solo verbo cui principia rationis ac Veritas connexionum inserviunt.

An prin. etiam & jancit. hæreti- cos, Gen- les, & scho- lasticos?

Ad 4. dico, falsum esse nos veritatem oppugnare per regulas consequentiarum. Oppugnamus tantùm errores, idque ex verbo Dei, cui regulæ consequentiarum inserviunt. Falsum etiam est, nos uti instrumentis probabiliter ratiocinandi, ut vidimus cap. 12.

Ad 5. Probationem quæ Viri doctissimi est, patet ex cap. præcedenti, eam nullam esse.

Corollarij loco addo, Iesuitam eodem iure accusare Lutheranos, quo hi Reformatos accusant, nimirùm, rationem seu philosophiam statui à Lutheranis normam Controversiarum fidei, eos stabilire fidem ratione, regulis consequentiarum & aliis probabilibus instrumentis uti, mixtum efficere ex philosophiâ & Theologiâ, &c. ut superiùs vidimus. Habent igitur à Iesuita Vbiquitatis assertores talionem iniuriæ quam Reformatis inferunt, & sic, si vim habet quod ipsi Vbiquitarij adversum nos proferunt, non poterunt non, ex suâ quidem hypothesi, imitationis huius crimen, cuius nos accusant, reiicere. Sed, ut dixi, & nobis & sibimet ipsi Vbiquitarij, & verò Iesuita ipsis iniuriam facit, quam sibi ultrò accersiverunt.

CAP.

Capvt XVIII.

Ex ratione argumentum decimum quintum.

Ex eo quòd mysteria captum rationis superant, argumentum Protestantium quorundam. Quis primus eo usus fuerit ex Maximo ostenditur. Papatui quantum hoc argumentum faveat, indicatur. Dilutio illius. Veritas sententiarum quatenus superet captum rationis, docetur. In id Maximi, Damasceni, Lactantij auctoritates, &c.

An & quomodo mysteria captum rationis superent?

QVOD *rationis captum superat, ad illud principia rationis non sunt adhibenda.*
Atqui mysteria fidei rationis captum superant.
Ergò.

Diluimus hactenus argumenta ea ex ratione petita, quæ Romanensibus & Protestantibus quibusdam communia sunt. Sequuntur alia qua-

tota quæ his peculiaria sunt.

An & quomodo mysteria rationem humanam superent.

Osiander Enchir. Calv. c.1. q.3. de Cœna, respondens argumento cuidam nostro: *Nihil ad rem, ait, Physica axiomata quæ versantur in rebus manifestis evidentibus, & tamen mysteriis quæ humanum captum longè superant.*

Meisnerus qu. Log. 6. de argum. *Peccant, inquit, contra hoc præceptum omnes ii qui de Deo & rebus divinis ex philosophia, in qua tamen abstrusa illa prorsus sunt* ἄγνωστα, *disputare præsumunt; id quod Calvinianos facere manifestius est, quam ut multa demonstratione opus sit.*

Ex eodem fundam. etiam ille in quæst. gener. ut & Vir Doctissimus in Methodo contendunt, rationi non deferendum esse iudicium de rebus fidei.

Minorem probat Osiander ex 1. Pet. 1. 12. ubi dicitur, *Angelos cupere introspicere in mysteria fidei.*

p. 31-38. 43.

Meisnerus eam probat *quæst. gener.* ex eo quia *in multis naturalibus intellectus noster caligat, ut ex Scaligero, Socrate, Lucretio. Ergo multò minus accurate mysteria divina cognoscere poterit & de illis iudicare.*

Vir doctissimus eandem probat ex dictis illis Scripturæ in *quibus articuli fidei dicuntur mysteria, ideo enim, inquit, sic dicuntur, quia omnem humanæ rationis captum excedunt, quæ est propria mysteriorum natura.* Ephes. 3. 8. 9. 1. Cor. 2. 7. 14. 15. 16. 1. *Tim.* 6. 16. Allegat etiam *Iustinum* in Æd. Dev. [illegible]. Item *Bernhardum* Epist. 190. ad Innocentium de Abailardo, *Dum paratus est de omnibus reddere ratio-*

nem

etiam quae sunt supra rationem: & [illegible] ea- [illegible] persuasa & contra fidem. Quid enim magis [illegible] ratione, [illegible] disputare, quam [illegible] Et quid magis contra fidem, quam [illegible] videre nolle quod non possis attingere.

Maioris consequentiam Mesinerus confir- [illegible] testimonio Esdrae lib. 4. c. 4. 10. Tu qui tua [illegible] cognoscere [illegible] [illegible] potest vas tuum capere altissimi viam, [illegible] Et Sapient. c. 9. 16. Difficile aestimamus quae [illegible] terra sunt, & quae in prospectu sunt invenimus cum labore. Quae autem in caelis sunt, quis investigabit? Et ex Ambros. [illegible] [illegible] sunt [illegible] [illegible] si [illegible]

Eandem illustrat simili duplici: nimirum So- [illegible] quem si quis apertis oculis intueri velit, [illegible] [illegible] si vas mysteria divina oculo rationis apertis con- [illegible] caeca residebunt. Item flam- [illegible] [illegible] divina pro- [illegible] Vnde con- [illegible] [illegible] si mysteria divina intelligere [illegible] [illegible] esse. Et hinc adiiciunt di- [illegible] Augustin. Epist. 4. [illegible] fides adiuvat [illegible] infidelitas claudit.

Respons.

Hoc argumentum etiam veterum haeretico- rum fuit, cum quibus tamen fratres Protestantes nequaquam comparo. Ita enim Monophysi- [illegible] à Catholicis postulabant ut sibi tandem [illegible] [illegible] sine ulteriore indagatione veritatis, & à Scripturae lectione ac scrutatione arcebant hoc

An & quomodo mysteria captum rationis superent

objectantes, quod mysteria fidei in Scripturâ revelata superent captum rationis, adeoq; in eâ hactenus falsitas ipsorum doctrinae deprehendatur. Testis est Maximus [illegible] &c. Ubi ejusmodi objectionem illam [illegible] *At sunt mysteria quae vim mentis captumque superant? idem & ego fateor.* [illegible] *Verum qui ipsi de suis dogmatis judicare volunt, à Scripturis alieni arcent, praetextu quidem hoc, quod non deceat eminere ad inaccessa penetrare; revera tamen ideo quod metuant ne haeretica ipsorum dogmata falsitatis inde convincantur.*

Et sic etiam hoc argumentum verum egregium ad Papistum. Nam si principiis rationis uti non licet ad mysteria fidei cognoscenda, eo modo quo nos Reformati principiis illis utimur, tum certe habet Papatus firmum argumentum arcendi populum à lectione Scripturae sacrae praetextu quo iam vidimus haereticos veteres interdixisse populis lectionem Scripturae. Impossibile enim est legere, meditari, scrutari Scripturam absque interventu principiorum rationis. Item, sic firmum habebunt argumentum Pontificij ad confirmandam opinionem suam, quâ docent fidem ignorantiam potiùs quàm notitiam esse.

In specie dico 1. Majoris consequentiam falsam esse. Nam ex eo quod mysteria captum rationis superant, sequitur tantùm, eam non de-

bere

ri adhiberi tanquam principium & fundamen-
ta ad ostendendam veritatem sententiarum fi-
di. Hæc enim captum rationis superat & in
solis libris Ecclesiasticis investiganda est, ait
Augustin. libro 2. de doct. Christ. Non autem
sequitur eam seu illius principia non debere ad-
hiberi ad ostendendam veritatem contradictorum
aut falsitatem in Controversiis de mysteriis il-
lis sive circa ea. *Nam veritas contradictionis in
verbo manifesta perspicua est, & in Scholis quoque illa
quæ extra Ecclesiam sunt disci potest*, ut non semel
ex eodem Augustino vidimus.

An & quomodo mysteria captum rationis superent

II. Confunduntur in argumento allato
mysteria fidei cum Controversiis circa mysteria.
In quibus Controversiis multæ sunt errantium
opiniones falsæ, quas illi nomine mysteriorum
scripturæ venditant: quæ per consequens non
superant captum rationis, sed verbo Dei cum ra-
tione sana iis servit contrariæ sunt, & sic ex Scriptu-
ra interventu principiorum rationis confutari
debent ac confutantur.

Hic observandum, quando veritas sententia-
rum fidei captum rationis dicitur superare, id
recte intelligendum esse. Non enim hic sensus
est, ea simpliciter cognosci non posse aut debe-
re: sed superant mysteria captum rationis duo-
bus modis. Primò ratione, quatenus absque
lumine verbi seu revelatione supernaturali im-
possibile fuisset & est ea indagare. Deinde qua-
tenus ea quantumvis revelata in verbo, tamen
perfecte & adæquatè non capiuntur seu co-
gnoscuntur ab intellectu in hac vita. *Perfecte
dico; nam respectu cognitionis sufficientis & ve-*

reserata ad salutem capi possunt in hac vita, & ex verbo Dei cognosci debent ac disci.

An & quomodo mysteria cæli ratio capi possit.

Quo pertinet Maximi responsio, qua obiectionem illam hæreticorum tremonticam diluit: [illegible] *Sed sunt quædam quæ captionem superant. Facit ergo. Sed & hoc ex Scripturis discamus, ut sciamus quædam esse, quæ non perdita esse, [illegible] ad quæ intellectus nullus pertingere potest. Vt enim intellectus omnia perscrutari non potest: ita omnia perscrutari fere non est ei possibile. Quid adversus, inquit, scientiam, si [illegible]. Quid scriptum est, nos ignoramus quod [illegible] scriptum est, nos ignoramus quod scimus: quærere autem, quæ [illegible] id insufficientiam est.* Videamus in eandem sententiam Damascenum qui lib. 1. de Orthod. fi- de, toto capite 2. docet quatenus & quæ quo- hominum fidei beneficio verbi [illegible] con- cessa sint. Et egregie Lactantio lib. 4. instit. cap. 6. *Vbi ergo sapientia est? ut neq; te omnia scire pu- tes, quod Dei est; neq; omnia nescire, quod pecudis. Est enim aliquid medium quod sit hominis, id est scientia cum ignoratione coniuncta & temperata.* Quæ observanda sunt adversus affectatã & stupi- dam rerum divinarum in verbo revelatarum ignorationem; cui præcedit verbo mysterio- rum captum humanæ rationis superantium.

Hæc ad principalem Syllogismum ubi [illegible]

hoc

...extorquendum non est, falsum esse quod ...acens an, *an ex philosophia de rebus fidei* ...e. Nequaquam. Disputamus enim ex ...verbo Dei, & id solum veritatis sententiæ ...fidei principium agnoscimus; cui rationis ...ipsa ad veritatem comprehensionem ostendere ...subservimus per modum instrumenti.

An in quærendo mysteria capienda rationi suppetunt,

Ad probationes alteras uno verbo dico, eas ...vacaneas esse. Certum enim est verita... sententiarum fidei superare captum ratio..., & sic rationum principium ac normam ve...tis illius non esse. Et hoc etiam dicta Scri...ptæ in & reliquæ auctoritates respiciunt: & ...lia quoque Solis ac flammæ eo accommo... debent.

Quod autem Meisnerus addit, *rationi valde* ...*endam esse, si mysteria divina intelligere veli-*... de eo quid sentiam dicere nolo, ne veri... offendam. Doleo saltem homines qui ad...sus Papatum scribunt ac docent, ex quorum ...mero Meisnerus est, talia dicere. Benè uten...dum est ratione sana & ea non abutendum, si my...ria divina intelligere velimus.

Augustini dictum perperàm hîc adspergitur, ...od rectè intellectum pro nobis facit. Nam ...m dicit *fidem aperire aditum intellectui*, osten...t fidē non arcere rationem, quandoquidē ei a...tum facit. Et nota Augustinum non dicere ...tionem, sed infidelitatem efficere quominus ...omo mysteria divina cognoscat. Et valde ab...ur etiam allegat Augustinum pro inhumana ...Christianis indigne opinionis hujus patro...nio, cui ipse tam evidenter & constanter ad-

veritatem, ut lib. 2. vidimus. Sed hic viam nafim incautus sternit Meisnerus Papatui, in qua fides non notitia, sed via tantum ad notitiam esse docetur.

Caput XIX.

Ex ratione argumentum decimum sextum.

Aliud argumentum ex eo petitum, quod sic magisterium tribuatur philosophiae in Theologiam. Iniuriam fieri Reformatis ostenditur. Gerhardus & Hornaeius laudati. Probationi triplici Meisneri respondetur, & falsitas multiplex inibi detegitur.

An magisteriũ philosophię tribuatur in Theologiam?

QVae sententia philosophiae magisterium et dominium tribuit in Theologiam, ea est falsa.

Atqui sententia Reformatorum de usu principiorum rationis in argumentis Theologicis philosophiae magisterium &c. Ergò.

Meisnerus qu. de usu phil. de opinione ea circa usum philosophiae in Theologiã quae,

... collegae prioris, ut loquuntur, ipsa adeo con... An un-
...strenue, ut quaedam quasi magisterium in Theo- ... philoso-
...m concedat. Idem subinde docet, & de sin- phiae uti-
...ligionis nostrae articulis ex ipsa statuendum ... liceat
...pronunciare: quae in sententia alios fuisse. Scho- in Theo-
...s, nunc plerique Calviniani, praesertim Gorle- logiam.
... & Kekermannum. Item, Secundum rationem ut p. 17.
...ologicam, &c. Et ulterius, Quia philosophia quae p. 19.
...gistrare debebat, dominium in ipsam sublimissi- 40. 42.
...m sapientiam Theologicam concederetur, quod sit
...ando de Controversiis Theologicis secundum ra-
...ae nostrae dictamen iudicare volumus, &c. Tan-
...m Scholasticis ad ipsum Averroem Sadeel. &c.
..., ô animam tuam ipse & Calviniani reliqui mul-
... cum Scholasticis [illegible] crimini; verum
...e dolet, contra sua scripta ipsorum testantur,
...e propositio magis sunt [illegible] Logi-
... quam demonstrationibus Biblicis.

Minorem probat 1. ex propria confessione p. 21.
...formatorum: Esse enim loquitur, hide usu phi-
...sophia [illegible] velle docere, eamque ad scri-
...ssi [illegible] adstringere, hoc besidem praesci-
...ram ipsi [illegible] videantur: attamen nunc in a-
...r loco contrarium scribunt. 2. Ex eo quod im-
...si dilucidiori praecedent bis subjicit: Ex scholis
...gis in disputationibus Theologicis dimissione exc-
...rebant. Quid enim aliud est negare & impugna-
...e nostri fidei articulos, quia philosophiae maxi-
...s eos non concedere videantur, quam philosophiam
... Theologicorum articulorum iudicem magistramque
...nstituere.

3. Ex eo quod scripta nostrorum magis sint re-
...fertis munitiones Logicis quam demonstrationibus

Bolsecianae apparet ex verbis quae ex p. 42. statim allegavimus.

An magisterium philosophiae tribuatur in Theologia.

Respon.

Minor falsissima est: Absit ut philosophiae dominium concedamus in Theologiam: subjicimus quippe eam sacrosanctae disciplinae huic, & non alio quam famulae in gradu collocamus. Sed solenne & tritum non Meisnero solùm, verùm etiam plurimis aliis ex fratrib. caeteris Protestantibus est, quoties principia rationis in disputationibus Theologicis adversus ipsos à nobis afferuntur, clamare, magisterium sic philosophiae in Theologiam tribui. Quam accusationem calumniosam esse agnoscunt & apertè dicunt ingenui quidam & doctiores ex ipsis philosophis ac Theologis. Quos inter est doctissimus Hornejus: *Haec prorsus calumnia est*, ait, *cum ipsi clamant, quoties utique & quocunque modo in disputatione Theologica lumen naturae & hanc disciplinam in subsidium advocamus, rationem humanam ipsa mysteria & articulos fidei subjici, & ad ingenii nostri modulum exigi, quaeque sunt ejus generis sententiae.* alia. de processu disput. cap. 5. & 7.

Et certè ex re ipsa apparet injuriam gravissimam nobis etiam in hac parte fieri. Id quod manifestum erit, si consideremus quid sit dominium concedere philosophiae in Theologiam? Docet hoc Cl. Gerhardus *de Meth. stud. Theol.* Ubi ait tertium abusum philosophiae in usu Organico esse, *quando Logica non amplius serviens, sed dominatur Theologiae, id est, quando ex Topicis suis regulis contra assertiones Theologicas argumenta format.*

[illegible] & contra vera [illegible] partem ac [illegible] [illegible] confirmant. Scholasticus consilium est, qui [illegible] ex principiis Logicis disputare, atque inde [illegible] suas conclusiones, neque possunt quaestionum [illegible] axiomata Logica & Maximas Topicas aut ex [illegible] aliquid minus subsistunt, ut Sadeel in pra[illegible] de Meth. disp. [illegible] scribit. Ita igitur Vir doctissimus eum abusum describit. Iam applico descriptionem illam nostrae causae, ac dico non debere nos criminis illius accusari: quandoquidem tum demum conferremus philosophiae dominium in Theologiam, si ex Topicis & philosophicis regulis contra assertiones Theologicas argumenta formaremus, quod quidem a nobis non fit, utpote qui ex verbo contra errores argumentamur, cui verbo saltem inserviant principia rationis.

An [illegible] [illegible] philosophia [illegible] dominium in Theologiam.

Prima probatio Meisneri pariter errorem duplicem continet; 1. in eo quod tantum ait nos *Valdes* deferre dominium Theologiae in philosophiam. Atqui non volumus deferre solum illud Theologiae, sed etiam & verbis & reipsa deferimus. 2. In eo quod ait nostros contrarium scribere, &c. hoc falsum est, & in aeternum probari non poterit, quempiam ex nostris contrarium scripsisse huic assertioni, qua statuitur philosophiam non heram, sed famulam esse Theologiae.

Ad *secundam* dico eam pariter falsam esse. [illegible] facto ipso deferimus Theologiae dominatum in philosophiam. Probationem huius secundae rationis quod concernit, ea etiam duplici falsitate laborat. Nec enim negamus aut

impugnamus ullum articulum fidei, tantum abest ut multos negemus, sed ita, ut etiam ante aliquoties corde & sanguine nostro subscribturos nos subscripsimus. Sed negamus & impugnamus falsas opiniones, falsas Scripturæ expositiones, easque (quæ secunda falsitas Meisneri hic est) nō quia Maximæ philosophicæ eas non concedant aut non concedere videntur, ut ipse quidem loquitur, sed quia verbo Dei, cui veritas naturalis connexionum inservit, contrariæ sunt.

An magistrā philosophię ministram in Theologiam.

Ad *tertiam* respondeo eam & ipsam falsam esse: Certamus enim in Controversiis, quæ nobis cum ipsis intercedunt, argumentis non ex ratione, sed Scripturâ desumtis: quibus suo loco h.e. quoties ipsi negant veritatem nexus terminorum majoris & medij in Syllogismo perfecto, adhibemus necessario principia rationis & maximas quæ veritatem connexionum tradunt: quod si ipsis molestum est, sibi succenseant qui erroribus & injustis negationibus vel invitos nos compellunt ad ostendendam veritatem connexionum, quam nisi negarent, nos ostendere opus non haberemus.

* * *

Caput XX.

Argumentum ex ratione decimum septimum.

Aliud argumentum ex eo petitum quod sic fides oppugnetur. Reformati an oppugnent articulos fidei? Hornejus laudatus & admonitus. Viri Doctissimi errores aliquot notati. An & quatenus hoc axioma, corpus non potest esse simul in pluribus locis, *sit speciale? Quid sit,* axioma philosophicum verum esse in sua sphæra, *contra receptum errorem ostenditur.*

An fides oppugnetur per principia rationis.

Ex quo fides oppugnatur, id in argumentis Theologicis adhibendum non est.

Atqui per principia rationis in argumentis Theologicis fides oppugnatur. Ergo.

Meisnerus in prooem. philos. sob. ait Reformatos abuti principiis philosophiæ ac rationis, & ideo, inquit, *mysterium carnis Christi oppugnant, quia rationes non permittere ipsis videntur naturam*

p. 6.

propriis non præsentiam eius secum negant, quia cor-poris essentiam & naturam illam destruere arbitrantur Deum nostrum assumere humana, authoritate mali fu-gant, quia causæ secundæ suæ naturæ & concausæ primæ nihil suscipere queant.

An fides oppugnetur per principia rationis per.

Item in quæstione de usu philosophiæ non ne-*gare & oppugnare multos fidei articulos, quia philo-sophica maxima eis non concedere videantur, &c.*

Vir Doctissimus in Meth. stud. Theol. ait, *ab-usum esse philosophiæ in usu analogorum* [illegible] *a-xiomata philosophica accipiantur ut generalia, ut mysteriis fidei opponantur, cum tamen sint specialia & suis doctrinis* [illegible] *veritatem. Sic Physicus docet*, corpus naturale non posse simul esse in pluribus locis, *id quod verum est in sphæra Physica, quando scilicet quæstio est de corpore natu-rali & de potentia Naturæ. Quando vero Calvi-niani ex hoc principio inferre conantur*, corpus Christi non esse præsens in sacra Cœna, *axioma philosophicum accipiunt ut absolute universale, & mysteriis fidei temere illud opponunt.*

p. 116.

Respon.

Nego minorem: & dico non oppugnari fi-dem per usum legitimum principiorum ratio-nis, sed per abusum, qualis committitur ab An-titrinitariis verbi causâ. Nos Reformatos quod attinet, nõ utimur principiis illis ad oppugnan-dum ullum articulum fidei, sed, ut etiam capite præcedente diximus, falsa dogmata quæ fidei re-pugnant, ac falsas expositiones Scripturæ quæ à secus sentientibus proferuntur. Aliud est my-

sterium

nium seu articulus fidei aliud huius vel illius positio, qui hanc oppugnat non proximè ac-aliam fidei oppugnat, nisi ubi expositio eum bo consentit. *Nec Scriptura, ait in hanc* tentiam Hosmerus, *nec Deus ssatim dicit, ...es docet, qua Calvinus seu quiuis alius Scriptu-expositor dicit, & Scripturam docere credit, ... omnes heretici easque ipsi de rebus diversis ... dant, verbum Dei & fidem adeòq. Deum ipsum ...ere contendunt. Quapropter si ille quis non ...dit, si in sua loquerit, si confutat denique, si Cal-... aut alterius qui pares interpretanda Scriptu-... sibi sumpsit, expositiones Scripturarum ve do-... uetat, non Scripturae ipsas; doctrinam hominis ... pugnat, non Dei assertiones, (quas ille verae con-... & Scripturis confirmantas) refutat, non articulos ... Scriptura ipsa credendos proponit. Nec pro-... qui expositore intellectum suo obsequium Cal-... aut hominis sepe indoctissimi devellat, is Chri-... ipsi obsequium denegat, aut verbo eius fidem de-...* ...gat de processu ... cap. 58. Quae tota ab Hos-... cio dicuntur, nisi quod Calvino ea perperàm ... absque causa adaptat, ut vidimus c. 7. ubi de ...dicio Contradictionis egimus. Et verò il-...nis generaliter loquitur, cùm ait non oppugna-... aliquem Scripturam nisi expositionem alicu-... interpretis ac doctrinam oppugnat. Hoc e-... nim falsum est ubi expositio interpretis vera est. ... liter eadem cum ipso sensu Scripturae. Ibi ... qui doctrinam verã interpretis oppugnat ... egat, ipsi Verbo Dei resistit. Nisi cùm perm... ... nissimam omnis generis erroribus aperire ... vel ... mus: cùm nullus hereticus sit qui non dicat

An fides oppugnetur principia iis tuenti

is Deo quidem credere: cum autem Catholicam doctrinam v.g. Trinitatis oppugnat, seu non Scripturam, sed errorem humanum oppugnare. Quare examine opus est, & videndum an expositio seu doctrina interpretis, v.g. Lutheri, Calvini, &c. cum verbo consentiat necne: Si non consentiat, rejicienda est tanquam humana expositio; si autem consentiat cum eo, non rejicienda est, sed accipienda: quod si secus fiat, si ea oppugnetur, Spiritui S. utique ac Scripturae resistitur, maximè si illud per voluntariam negligentiam aut malitiam, ac non ob veritatis, sed partium studium fiat.

An [illegible] oppugnetur per principia rationis.

Quod Meisnerus ait, nos maiestatem carnis Christi oppugnare, falsum est. Oppugnamus opinionem ipsorum falsam circa naturam humanam Christi, & sententiam ipsorum falsam probamus non ex principio rationis illo, quod Meisnerus memorat, aut alio aliquo, sed ex verbo Dei, quod nos docet attributa illa, quae ipsi humanae naturae tribuunt, esse propria naturae divinae: ex hoc principio, [illegible] ex verbo probamus veritatem sententiae nostrae, & ipsorum opinionem falsam esse. Huic fundamento inservit principium illud rationis ad ostendendam veritatem huius connexionis: *Attributa illa sunt propria naturae divinae: Ergò non sunt communicata humanae naturae.* Quia enim haec connexio in dubium vocatur ab adversariis, hinc necessariò adhibendum est principium illud rationis, ad ostendendam non veritatem sententiae, sed connexionis.

Eadem ratio est illius quod ait nos negare omni-

omnipraesentiam carnis Christi. Neque enim negamus omnipraesentiam carnis Christi, quae omnipraesentia carnis nulla est, & sicut ab ipsis mentito defendi ita proprie loquendo a nobis negari non potest; non enim quae non sunt affectiones, nulla attributa, nulla accidentia. Adeoque non nisi captiose dici potest nos negare omnipraesentiam carnis Christi, cum talis modus loquendi praesupponat carnem Christi revera omnipraesentem esse. Negamus igitur nullus falsam illorum opinionem, quae carni Christi omnipraesentiam tribuunt. Et quidem negamus non ex principio aliquo rationis, sed ex verbo, cui principium ratiocinis hoc aut illud inservit ad ostendendam veritatem contradictoriae.

An fides oppugnetur per principia rationis.

Quod ait nos Deum peccati auctorem statuere, iterata & sexcenties refutata calumnia est.

Quod Vir Doctissimus ait, abusum philosophiae esse quando axiomata philosophia accipiuntur, ac generalia ac mysteriis fidei opponuntur, rectissime hoc: sed quod addit, ea specialia tantum esse, & in sua tantum sphaera obtinere veritatem: id duplici errore laborat. Error prior in eo consistit, quod per axiomata specialia intelligit non tantum ea quae vere specialia sunt, ut v.g. ea, quae cum tantum de rebus creatis loquantur, extenduntur ad omnia Entia h.e. ad Ens etiam increatum, item ea, quae cum loquantur de substantia tantum corporea, extenduntur ad omnem etiam spiritualem, &c. quae extensio certe vitiosa est, cum illa vera sint tantum in suo genere: de his tantum si lo-

An fides oppugnetur per principia rationis

quæ recta, rectissimè id dictum foret. Sed ulte-
rius contendit, & per specialia etiam intelligen-
da quæ ita restringuntur à perperam sentientibus,
ut ea ne quidem ad omnia quæ sub genere eo-
dem continentur, extendantur: sed protinus ubi
ea à nobis ad omnia, quæ sub genere continentur,
extenduntur, clamant perperam hoc fieri, hoc
enim tale aliquod axioma esse speciale. Et sic
axioma speciale ipsis est etiam, quod non ad o-
mnes species generis, seu ad omnia individua
extenditur, prout hoc loco fit à Viro Doctis-
simo: nam hoc axioma, *corpus naturale non po-
test esse in pluribus locis*, speciale vocat respectu
non Spiritus (ad quem nos axioma illud non ex-
tendimus) sed respectu partis seu individui cor-
poris veri & naturalis, nimirum corporis Chri-
sti: & sic non vult extendi ad corpus Christi.
Perperam, cum id axioma speciale sit non respe-
ctu corporis alicuius verè naturalis, sed respectu
Spiritus creati aut increati, aut alterius alicuius
rei quæ corpus non est.

Posterior error est in voce *sphæræ*. Cum enim
dicit axioma speciale non esse verum nisi in suâ
sphærâ, ubi vox *sphæræ* vel pro *genere* accipitur hoc,
subiectâ materiâ, quomodo certum est speciale
axioma non esse transferendum extra suā sphæ-
ram, alioquin enim fit transitus de genere in ge-
nus. Vel secundo loco accipit vocem *sphæræ*
pro disciplinâ totâ philosophicâ seu philoso-
phiā. Iam si in priore modo tantum diceret, spe-
cialia verè sic dicta axiomata non esse vera ni-
si in suâ sphærâ, rectissimè id diceret. Sed etiam
hic ulterius tendit, nam *sphæræ* vocem etiam in
secundā

secundâ significatione sumit, prout apparet ex eo quod saepe inculcat axiomata talia philosophica specialia esse & releganda ad suam sphaeram, hoc est, illis desinendum esse in Theologia, sed tantum in philosophia, utpote cum specialia sint. Et hoc modo non ipse solum Vir doctissimus, sed etiam vulgus eorum qui Ubiquitatem defendunt, accipiunt in ea disputatione vocem sphaerae. Sed enim tamen axiomata philosophica etiam quae ipsi specialia vocant, vera sunt non tantum in philosophiae sphaera, sed etiam in Theologia falsa rectè applicanda sunt; nec tum transitus fit à genere in genus, nisi ubi extra sphaeram in priore significatione sic dictam transferuntur, prout ab Antiubiquitariis fit. Quae distinctio diligenter notanda est, utpote ad intelligendos ac convincendos philosophos & Theologos errantes planè necessaria.

An Ubiquitas probetur per principia naturalia.

Quod ait axioma illud verum esse de corpore naturali, rectè quidem illud, & ipsum hoc pro nobis facit, ut qui illud extendimus ad corpus Christi quod est verè naturale: sed quod addit id verum esse de potentiâ naturae, dico eam distinctionem nullam esse, cùm ne quidem potentiâ supernaturali possit esse in pluribus locis. Neque enim potentia supernaturalis agit contra naturam propriè loquendo Entis, cùm Deus Contradictoria facere non possit: quod fieret si corpus potentiâ supernaturali posset esse in pluribus locis.

Errat etiam in eo Vir Doctissimus, quod ait nos ex principio velle inferre *corpus Christi non esse in sacra Coena*. Absit hoc à nobis, quibus

An fides oppugnatur per principia rationum.

unicum solatium in eo Sacramento est præsentia corporis Christi in sacra Cœna. Sed negamus esse id in, cum, sub pane; nisi ille modus loquendi sic accipiatur, quòd sit in, cum, sub pane in signo corporis in Cœna præsentis. Ita enim unionis & pacis studio haud difficulter etiam in eum modum loquendi porrò condescendimus.

Nec verò, ut putat, ex eo principio ut fundamento veritatis sententiæ nostræ inferimus nostram Conclusionem; sed ex verbo cui principium id rationis ad veritatem connexionis inservit. Nec id absque vitio dicitur, quòd ait nos axioma illud ut absolutè universale accipere. Absit; non enim extendimus nisi ad corpoream verum substantiam naturalem, qualis est corpus Christi: ultra & extra genus suum non extendimus.

Denique in eo cum Meisnero errat, quod putat nos vitiosè opponere illud axioma mysterio fidei, [illegible]. Opponimus enim, ut dictum, illud rectè errori ipsorum & negationi veritatis connexionis à nobis allatæ.

Caput

CAP. XXI.

Ex ratione argumentum decimum octauum.

Aliud & quidem ultimum argumentum ex eo petitum, quod sic fidei cognitio impediatur. Corollarium duorum argumentorum contra veram sententiam ex Thoma.

An fidei cognitio impediatur per principia rationis

Per. quod fidei cognitio impeditur, id in argumentis fidei non est adhibendum.

Atqui per usum principiorum rationis in argumentis Theologicis, fidei cognitio impeditur.

Ergo.

Meisnerus quæst. gen. de usu philos. *Quæ dixerit, rationem sequuntur, eam duo fidei articulorum simplicitatem & puritatem negant.*

Respon.

Negatur minor de vero usu, quali quidem nos Reformati in Controversiis quæ nobis cum Vbiquitatis assertoribus intercedunt, ut & in reliquis defungimur. De abusu principiorum rationis & in specie, quando ea pro nor-

An fidei cognitio impeditur per principia rationis

mà ac regulà veritatis immutatarum fidei seu mysteriorum similium certissimum est fidem impediri per eam. falsum autem est, fidem vel non posse, quam diu rationem veram sequar, in qua tum continet veritatem connexorum. Imò contra sapientum correspectu non sequuntur, hæreticorum naturam induunt, ac [illegible], ut ex Scripturâ lib. 2. ostendimus, & ad veritatis cognitionem pervenire nequeant.

Atque hoc quidem ultimum argumentum esto ex ratione petitum, quod secus sentientes contra veram & Orthodoxam doctrinam *de usu principiorum rationis in argumentis Theologicis* & contra legitimum illius praxin afferunt.

Corollarij loco facere non possum quin adscribam duo argumenta alia quæ idem concludere videntur, & à Thoma Aquinate par. 1. q. 1. a. 8. proponuntur ac solvuntur: quorum posterius ex ratione, prius autem ex auctoritate est desumtum. & sic propriè ad sequens caput pertinet. Sed ea disjungere nolo. *Videtur, inquit, quod hæc doctrina non sit argumentativa. Dicit enim Ambrosius in lib. de Sacram. Tolle argumenta ubi fides quæritur. Sed in hac doctrinâ præcipuè fides quæritur. Unde dicitur Ioh. vigesimo: Hæc scripta sunt ut credatis. Ergo doctrina sacra non est argumentativa.*

2. *Præterea, si sit argumentativa, aut argumentatur ex auctoritate, aut ex ratione. Si ex auctoritate, non videtur hoc congruere eius dignitati (nam locus ab auctoritate est infirmissimus secundum Boetium.) si etiam ex ratione, hoc non congruit eius fi-*

ni: quia secundum Gregorium in homilia, fides non habet meritum, ubi humana ratio habet experimentum. Ergo sacra doctrina non est argumentativa.

An sacra theologia impediatur per principia rationis

Respondet Thomas ad 2. quod licet argumenta rationis humanae non habeat locum ad probandum quae fidei sunt, tamen ex articulis fidei haec doctrina ad alia argumentatur.

Ad 2. Dicendum quod argumentari ex auctoritate est maxime proprium huius doctrinae, eo quod principia huius doctrinae per revelationem habentur. Et sic oportet ut credatur auctoritati eorum quibus revelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrinae: nam licet locus ab auctoritate, quae fundatur super ratione humana, sit infirmissimus, locus tamen ab auctoritate divina, quae fundatur super revelatione divina, est efficacissimus.

&c.

Cap. XXII.

Argumenta duo ex auctoritate Patrum.

An Patres neglexerint attendū princ. rat.

Duo genera auctoritatum Patrum proponuntur. Quomodo Patres intelligendi cùm philosophiam condemnant? Sedeel, Gerhardus, Hornejus laudati. Quomodo Patres intelligendi, quando philosophiæ & rationis principiorum usum improbant ac prohibent. Notatu dignissimum discrimen quomodo scilicet Patres & laudent simul & rejiciant usum principiorum rationis? Quomodo item hæretici & laudent & rejiciant usum principiorum rationis?

TRia genera testimoniorum atque auctoritatum solent adversus veram sententiam proferri. Primum continet auctoritates Patrum. Secundum confessiones ac scripta propria Theologorum Reformatorum. Tertium denique continet

continet auctoritates philosophorum etiam infidelium.

Auctoritates Patrum sunt duplicis generis; prius genus continet reprehensiones philosophiæ scilicet, quibus improbare rationis disciplinas videntur, unde sequi videtur principia disciplinarum rationis admittenda non esse, sed potius fugienda in Controversiis fidei. Posterius consistit in testimoniis quibus directè, ac formaliter videntur prohibere usum principiorum rationis & philosophiæ.

An Patres [illegible] dã princ. rat.

Ad prius genus pertinent ea quæ Meisnerus inter alios Ubiquitatis assertores allegat adversus usum principiorum quo Reformati defunguntur in suis illis Controversiis, quod scilicet *Apostolus vocat philosophiam fallaciam, Augustinus Calvum Græcè persimilem, Tertullianus effrenat. miserum esse Aristotelem, qui hereticis Dialecticam instituerit, struendi & destruendi artificem versipellem.*

p. 41. 47.

Item quod Hieron. Epist. ad Magnum Oratorem de lege Deut. 21. v. 12. de muliere alienigena ad philosophiam allegoricè accommodat, cui ungues errorum præcidendi & abradendi crines superbiæ, &c. q. 1. gen. de usu phil.

Huc etiam pertinent illæ veterum querelæ & διαβολαί quas Gerhardus in Meth. stud. Theol. recitat & ad quas solidè respondet; nimirum quod Tertullianus adv. Hermog. philosophos Gentiles vocat *hæreticorum Patriarchas*, quod Tertulliani dictum laudat Hieron. in Epist. ad Ctesiphont. Item, quod idem Tertull. lib. 1 adv. Marcion. *De philosophorum ingeniis omnem hæresim*

p. 52. 53.

An Patres rejecerint eam de parte.

mentum scribit, ac lib. de præscript. *hæreses à philosophia subornari.* Origen. hom. 4. ad 7. Exod. *per ciniphes & ranas quibus Ægyptus percussi fuere, vanam Dialecticorum garrulitatem & Sophistica argumenta intelligit.* Ambrosius lib. 7. de fide c. 1. *Arianos omnem venenorum suorum vim in Dialectica disputatione constituisse.* Socrates, *Aëtium in errorem Arij per disputationem perduxit Aristoteles.* Gregor. Nazianz. Oratione de moderat. in disp. serv. ait, *Aristotelicarum artium [illegible] & Platonicas præstigias velut Ægyptiacas quasdam plagas in Ecclesiam irrepsisse.*

p. 24. &c.

Referri etiam huc possunt ex parte, ea quæ Hornejus cap. 2. de processu disp. §. 1. 2. congessit, & ad quæ in eodem capite respondet. Ambrosius ait: *Dialecticam datur verborum fluere, sed pietatem, Dei timorem servare.* Hieron. in Esai. c. 18. lib. 9. *Dialecticorum vocabulas* dicit, *quæ non tam inventa sunt appellanda quam phasmata, id est, umbra quædam & imagines quæ cito pereunt & dissolvuntur, &c.* Idem in Nah. c. 3. ait: *Gentiles, Iudæos, hæreticos sedem sibi & requiem inter Aristotelis & Chrysippi spineta reperisse.* Et in Sophon. c. 2. *Hæreticos in Dialectica sibi & Rhetorica & omnium Sophismatum dogmatibus applaudere.* Augustinus *vadosissimam & spinosissimam disciplinam appellat*, libro 2. de doct. Christ. c. 27.

Resp. Dudum ad talia loca [illegible] respondit in praxi. de Meth. Theol. disp. Post etiam Gerhardus in Meth. stud. Theol. ac denique, ut alios omittam, Hornejus qui accurate valde & exacte de testimoniis illis Patrum loco allegato disseruit. Quare ne actum agam, tribus verbis & quidem

...idem non tracto, sed Cl. Gerhardi respondeo: *Ne omnia & quæ alias scribuntur de usu & philosophiæ usu, sed de ejusdem abusu, non de philosophia in abstracto, sed in concreto de fidelibus philosophicis abutentibus intelligenda sunt.*

Ad Paræneses ... pleraque ... da puncta ... p. 71.

Quod cùm Meisnerus non ignoret, perperam facit cū nobis ea testimonia applicat, quos principiis rationis ac philosophiæ abuti in controversiis nemo probabit. Atque hoc est primum genus auctoritatum.

Venio ad secundum genus, ad quod pertinent quæ Meisnerus adversum nos profert, qui genuslibet ex Ambrosio: *Ceterum secreta docent ... quæ nos fecit, non homo qui se ipsum ignorat, &c.* Item lib. 1. de fide ad Gratian. *Non creditur philosophis, creditur piscatoribus; non creditur Dialecticis, creditur publicanis.* Item nil ... *argumenta producere rationis, de qua versione consit Prosper. Quanto plus graditur, tanto longius errat.* Chrysostom. homil. 1. in Genes. *Magnum periculum est res fidei committere rationibus.* Et in Matth. hom. 47. *Christianis volentes frui ... accipere vera fides, ad nullam rem confugere decet, quam ad sacram Scripturam.* Hæc loca citat

p. 51.

p. 46.

p. 59.

quart. gen. de usu phil.

Quart. Log. de argum. 6. citat Greg. Nazianz. dicentem in Orat. de modest. in disp. *Non omnibus, nec semper, nec omnia de Deo philosophari concedimus, sed est quibus & quando & quatenus.* Caveamus ergò de rebus in philosophia disputare ex philosophia disputare. Chrysostomus, in 1. Corinth. *Ex philosophia res divinas intelligere nolle est candelam solem non suscipe, sed digitis contingere ...*

p. 376.

An Patres negent usum principiorum rationis.

tractare. Athanasius non esse ad [illegible] *fidei, ne quae certissima sunt, incerta fiant.*

Quaerit Metaph. ut ostendat rationis principia perperam à nobis afferri in disputationibus quae nobis cum ipsis intercedunt, & credendam esse Ubiquitatem, &c. etsi in philosophia videantur talia impossibilia & contradictoria, affert Augustinum alicubi dicentem: *Maior sit Scripturae auctoritas quam humani ingenii capacitas.*

p. 1004.

Vir Doctissimus in Methodo stud. Theolog. citat etiam adversum nos locum Chrysost. homil. 5 in 1. Cor. à Meisnero allegatum. Item eundem Chrysost. hom. 3 in 1. Timoth. *Nihil contumeliosius habet ratio collata divinis, ideoque blasphemia est rationibus velle divina definire.* Epiphan. haer. 69. *Nos unumquodque quaestionis inventionem non ex propriis ratiocinationibus, sed ex Scripturarum consequentia desumimus.* Haec loca illi adversum nos citant.

p. 31.

Possunt etiam huc referri alia loca, ut quod Tertull. de praescr. c. 7 ait: *Quid ergo Athenis & Hierosolymis? quid Academiae & Ecclesiae? quid haereticis & Christianis? Nostra institutio de porticu Salomonis est.* Item, quod Hieronym. ait lib. 2 adversus Pelag. ubi cum Pelagianus Critobulus dixisset: *Ignoras haec philosophorum esse sententiam?* respondet Orthodoxus Atticus: *Sed non Apostolorum. Neque enim mihi curae est, quid Aristoteles, sed quid Paulus doceat.* Item quod capite superiore vidimus Thomam ex Ambros. citasse: *Tolle argumenta ubi fides quaeritur.*

Possunt

Possunt denique huc referri loca quae Cl. Antonius Pa-
Hortencius de process. Sp. S. c. 2. probent & ad quae ref- ...
quidem Eusebi. li. 5. hist. Eccl. c. ult. Theodotianos ...
[illegible] ...
[illegible] ... qui non quod sacrae diuinae ... citat.
... de Christo dicant, ... sed
... Syllogismi figura ad suam impietatem con-
firmandam reperiretur, studiose ... Epi-
phanius haeresi 76. Reuelat (Christus Patrem) non
... Spiritum S. non his qui de ipso per Syllogismos ...
... sed qui in ipsum ... perfecte cre-
dunt. Ambros. l. 1. de fide c. 4. Non in Dialectica
... placuit Deo saluum facere populum suum. Gre-
gor. Nyss. l. de anima & resurr. Dialectica quidem
arte per ratiocinationes & argumentationes ...
ac refutationem ... nostra quoque dogmata
ac ... quid ...
... ad contraria demonstrandum tam ...
... sit, ... ac praetermittemus.
Hieron. in Nahum c. 3. ... ex fontibus Ari-
stotelis & Chrysippi uniuersa dogmata, argumenta ...
... trahere, ut ac loca quasi ...
... argumenta sumuntur, Topica super-
flua ...

Respondeo uno verbo, esse fallaciam à dicto
secundum quid ad dictum simpliciter. Nec e-
nim Patres improbant & prohibent usum principi-
ciporum rationis ac philosophiae simpliciter in
argumentis Theologicis & rebus fidei, sed tan-
tum secundum quid, h. e. respectu veritatis sen-
tentiarum fidei quam nolunt ex ratione ac phi-
losophia probari, quandoquidem ratio ac phi-
losophia non est principium fidei, sed solum
verbum Dei. Quod non absurde ...

An Patres negēt usum principiorū ratio.

sed veritatem sententiarum fidei. Quę probare contra verā fidē conabantur ex principiis rationis, quum etiam opponerent ea principia ac philosophiam Scripturę, ita ut hanc per illam contradicere operę pretium ducerent; adeoque philosophiam Scripturæ præficiebāt, illam sectabantur, hanc contemnebant. Non autem prohibent usum principiorum rationis ad ostendendam veritatem connexionum, sed eum requirunt & minimum quantum commendant, quemadmodum vel ex iis locis apparet quæ cap. 17 li. 2 annotavimus. Igitur illa testimonia Patrum adversum nos nequaquam faciunt. Neque enim nos illis utimur ad probandam veritatem sententiarum fidei, sed tantum ad ostendendam veritatem connexionum quæ inservit veritati sententiarum, tanquam instrumentum necessarium ad discernendum veritatem & falsitatem sententiarum: multò minus principia rationis verbo Dei opponimus, aut Scripturam ac articulos fidei per eam oppugnamus; sed utimur illis eo modo quem Patres approbant & ipsi sequuntur, non utimur eo modo quem Patres prohibent, hæretici autem sequuntur.

In summa & Patres Orthodoxi & hæretici philosophiam, ac eius principia laudant ac retinent in disputationibus; iidem & Patres & hæretici ea rejiciunt, improbant ac condemnant. Patres laudare & retinere principia philosophię vidimus lib. secundo: eos ea improbare & rejicere vidimus hoc capite. Hæreticos ea laudare & iis uti discimus ex experientia, & verò ex Patrum illis testimoniis, quibus adversus hæreticos

[illegible] ticos qui philosophia utebantur, [illegible] hæreticos eadem vituperare & reiicere videmus lib. 1. c. 7. Et habemus insigne exemplum apud Hieronymum in uno eodemque libro & Patrem Orthodoxum, & hæreticum utuntur principiis philosophiæ, nec non & patrem & hæreticum ea procul ac procul reiicimus, libro 1. adv. Pelag. paulo ante citato. Cum enim Hieronymus adversus Pelag. ex verbo Dei per interventum principii rationis argumentatus esset pag. 262. respondet Pelag. *Captiosa est ista locutio & de Dialecticorum arte descendens.* Iterum cum Hier. p. 263. argumentatus sic esset: *Si potest esse homo sine peccato, quod Apostolos non fuisse perspicuum est; potest esse super Apostolos [illegible] de Patriarchis & Prophetis, quorum in lege non fuit perfecta iustitia, secundum illud Apostoli: omnes quidem peccaverunt, &c.* Ibi respondet Pelagianus: *Hæc argumentatio certamen est. Ecclesiasticam simplicitatem inter philosophorum spinas concludens. Quid Aristoteli & Paulo? Quid Platoni & Petro? Ut ille enim princeps philosophorum, ita hic Apostolorum fuit, &c.* Hactenus vides Orthodoxum Patrem principiis philosophiæ usum: hæreticum autem carnaliere, & ob id Patrem reprehendere. Mox p. 263. hæreticus urget sententiam philosophicam seu principium rationis & interrogat Hieronymum: *Ignoras hanc philosophorum esse sententiam?* Ubi tum respondet Hieronymus, ut paulo ante vidimus: *Sed non Apostolorum. Neque mihi curæ est quid Aristoteles, sed quid Paulus doceat.* Hic vides hæreticum [illegible] Patrem principio rationis seu philosophiæ; Pa-

An Pa- [illegible] tur.

tatem tamen cognoscendam philosophiæ usum.

An Patres negent usum principiorum.

Quæritur igitur quomodo cū & Patres probent ac etiā improbent rejiciantque usum principiorum rationis; deinde etiam hæretici itidem & probent & rejiciant cum improbatio sit Patrum contra eum, quomodo hæretici secum in eâ parte sint conciliandi? Hic non laboro vindicandis à contradictione hæreticis, sed hoc ago ut approbem Patres meritò reprehendisse hæreticos, hos autem iniquè Patres & Catholicos taxasse ob usum principiorum philosophiæ.

Vno verbo; Patres laudant ac retinent principia veræ rationis ac philosophiæ tanquam instrumentum necessarium ad ostendendam veritatem connexionum. Iidem reprehendunt ac rejiciunt non solùm usum principiorum falsæ verùm etiam veræ rationis, quando adhibentur tanquam principium ac fundamentum veritatis sententiarum.

Hæretici laudant ac retinent principia non solùm necessaria, sed etiam probabilia & Sophistica falsæ rationis, quandoque etiam veræ rationis, sed malè applicita adhibent, neque tamen ea tanquam principium & fundamentum, non solùm veritatis connexionum, sed etiam sententiarum. Reprehendunt autem & rejiciunt principia necessaria veræ rationis, quæ à Patribus & Orthodoxis reliquis adhibentur, tanquam instrumentum necessarium ad veritatem connexionum. In quâ reprehensione eò magis culpandi sunt, quòd cùm nollent ea ferre in Patribus qui sic veritatem connexionum ob oculos ponunt, ipsi tamen [illegible] illis non solùm tanquam

tanquam instrumento veritatis [illegible], sed etiam quod magis est, tanquam fundamento & principio veritatis sententiarum suarum. probant vera ac necessaria ad rectum usum adhibita. Probant ac amplectuntur falsa, aut etiam vera, sed ad usum illegitimum inepte adhibita. Hoc discrimen diligenter observandum est. Et haec ad authoritates Patrum.

CAPUT XXIII.

Authoritates Theologorum Reformatorum.

Proponuntur testimonia Theologorum Reformatorum quae a secus sentientibus adduci solent. Adduntur quaedam alia eiusdem generis, quae videntur contra veram sententiam facere. Theologos Reformatos nec verae doctrinae de usu principiorum rationis, nec sibi contradicere ostenditur.

An Theologi Orthodoxi negent usum princip. rat.

SOLENT ii qui contra usum principiorum rationis in argumentis Theologicis adversum Reformatos pugnant, etiam ex authoritate Reformatorum argumentari, & ipsis opponere propositiones, confessiones, contradictionesque eorum arguere. *Mirari hinc desinunt*, ait Meisnerus, *[illegible] videntur nonnulli ex Calvinianis, &c.* & postquam Theologorum nostrorum testimonia alle-

An Theologi Orthodoxi negent utendum pr. rat. p.44.45.

gillet ait: *Quid ipse omnium Orthodoxorum magis dice-perem? Sed adeo hic in Calvinianis [illegible] quod olim Diocletius cum philosophis [illegible] objiciebat, [illegible] aliorum & professionem malum [illegible] dicebat, &c.* Ita *Calviniani volunt*, ex principiis philosophicis in *Theologia disputandum non esse, & tamen ipsi nihil magis quam [illegible] habent [illegible] &c. Proinde ipsorum confessio propria [illegible] illis opponenda erit, quoties argumenta rationis produxerint,* [illegible] de usu phil.

In specie Meisnerus quidam affert testimonium Sadeelis in praef. de Meth. Theol. disp. Narrat Sadeel, *ex principiis Theologiae disputandum esse ex ipsa Theologia didicimus, & ita statuendum esse vel ex ipsis Thomae [illegible] assertoribus, qui veras philosophiae [illegible] extra orbem [illegible] de qua disputandi susceperint.* Et paulo post ait Sadeel: *Cum Theologia sit supra omnes scientias, eam subjici principiis philosophicis non ineptum modo, verum etiam impossibile est atque indignum.* Item in l. de ver. human. n. 11. *De divinis mysteriis non est ex philosophorum regulis pronunciandum.*

Mart. pr. classe 2. c. 2. §. 25. inquit, *permitti id quod credi volumus, [illegible] debet ex sacris literis [illegible] fide [illegible] rationi [illegible].*

VVittaker in praef. Controv. de Scriptura: *Humanae rationes & testimonia si quis [illegible] nimium & praepostere utatur, uti sunt armatura Saulis, quae Davidem non modo non adjuvat, sed impeditum etiam ad pugnandum reddit.*

Zanchius l. 3. de Natura Dei c. 2. q. 1. *Neque enim quae fide credimus, aut sub sensum cadunt, aut lumine naturalis intellectus percipiuntur.* Et l. 4. c. 2. ait, *Verbum Dei & prudentiam humanam inter se semper pugnare.*

Vit

Vir doctissimus in Method. Theol. adversus Reformatos disputans & contendens rationi non esse permittendum iudicium de reb. fidei ac de Contradictione. *Opponamus igitur, ait, Alstedius, pand[illegible] ipsi lib. 2. c. 20. p. 147. haec firma theoremata, quae observanda esse dicit, quae Scripturae dicta videantur pugnare cum ratione. 1. De Deo sententia non est iudicanda ex humana ratione & Naturae ordine petita, quia [illegible] liber Naturae non subiacet legibus iis, quas Naturae praescripsit, sed infinitis modis illam transcendit. 2. Deus est liberrimum agens. Ergo non semper uno eodemque modo agit. 3. Deus est omnisapiens, quicquid igitur agit, id non debet argui aliqua imperfectione, etsi ad nostra[illegible] pro ratione tale videatur. 4. Deus est omnipotens, proinde in ipsius potestate est omnis Natura, ut illam possit gubernare & alterare, prout ipsi videtur conducere. Haec ille rectissime, ait* Vir doctissimus, *sed quae cum illis quae superius ex ipso proposuimus prorsus pugnant.*

An Theologi Orthodoxi [illegible] pag. 121. p. 132. 133.

Potest etiam huc referri quod Zanchius de Tribus Elohim par. 2. lib. 1. c. 2. *dicit philosophiam non suppeditare argumenta necessaria ad probandum quae in Scriptura continentur.*

Item quod Hyperius in Theol. Top. ait *procul seiungenda est philosophia a Theologia.*

Gulielmus Bucanus in Aphorism. de disp. Theol. aphor. 11. in religionis, ait, Controversiis desumenda tantum ex libris authenticis, Propheticis, & Apostolicis principia, confirmationes, & argumenta proferuntur. *Taceat autem mulier in Ecclesia, id est [illegible] philosophia.*

L. Trelcatius senior in loco de Deo: *Argumentantur adversarii* (loquitur de Antitrinitariis) *ex principiis Physicis in Theologia, contra naturam omnis scientiae rationem. Unaquaeque scientia sua principia*

propria non alienis initiis comprobare.

An Theologi Orthodoxi negent utendum [illegible].

Caspar Laurentius Vir Cl. Collega noster, de disput. in Controv. de Relig. *Commendat & propagat doctrinam Evangelicam, & ab eius puritate abducunt, errore apud pios non ferendo, qui sacris dogmatibus sidera philosophica & Metaphysica immiscent.* Item, *Oportet in rebus divinis regulam penitus divinam esse non humanam; & θεόῤῥυτον non ἐπίγειον. Theologia enim, id est doctrina, scientia & sapientia divina non patitur res divinas aliunde nisi divina traditione divinaque mensura, & per hanc illustrata vel* [illegible]*, comprobari per aliena principia.* Arist. li. 5. Eud. c. 1. Praetereo similia infinita.

Respon.

Vt superiore capite ita etiam hoc una eademque opera ad omnia simul respondebo. Committitur igitur hic plane eadem fallacia quae admissa fuit in argumento ab auctoritate Patrum secūdi generis: nimirum fallacia à dicto secundum quid ad dictū simpliciter. Volunt enim Reformati Theologi aliud nihil quàm principia rationis & philosophiæ non adhibenda esse tanquam principium & fundamentum sententiarū fidei, utpote quarū norma, principiū, fundamentū est solum verbū Dei. Non autem improbant verum usum principiorū necessariorum sanę rationis tāquam instrumentū subservientis verbo ad ostendendam veritatem connexionum: sed eū usum probant, & excipiunt, tanquā planè necessarium, & eo in disputationibus facto ipso utuntur.

In summa: cōmendant & reiiciunt usum principiorum rationis, eodē modo quo patres eun-

dem

dem commendationem & rejectionem. Vt ita nequaquam sibi contradicant, cùm non eodem respectu ab ipsis dicta sint, quæ vel in commendationem vel improbationem principiorum rationis dicuntur.

An Theologi Orthodoxi negent miracula p. rat.

Quod in specie Alstedii testimonium allatum attinet; dico Alstedium nec sibi nec veræ doctrinæ de usu & iudicio rationis contradicere. Tùm contradiceret sibi & nobis, si diceret Deum agere contra naturam & rationem sanam consideratam in abstracto absque adiacente corruptione. Sed tale nihil dicit. Nã in primo theoremate hoc agit ut ostendat, non esse iudicandum ex ordine naturæ et principio veritatis sententiarum fidei; ac si scil. nihil de Deo verũ esset, nisi quod secundùm rationem & naturæ ordinem sit. Ita certè iudicandum nõ est. Nã Deus multa agit supra naturam. In 2. etiã sibi aut nostræ doctrinæ non adversatur. Nam certum est non uno modo Deũ agere, sed plurimis & diversissimis. Inter hos autẽ modos nõ est ille quem Cl. Gerhardus putat, scil. quòd Deus agat etiam contra Naturam & rationẽ propriè loquẽdo. Nec in 3. nõ loquitur de illis quę Deus agit seu fecit, id quod ex verbo discitur. In illis certè nulla est imperfectio, nulla Contradictio: non autem loquitur de illis quæ Deum agere seu fecisse nõ constat ex verbo, sed potius cõtrarium ex Scripturâ certum est: quale est Vbiquitatis commentum, quod ad ea nõ pertinet quę Deus agit. Nec deniq; in 4. Omnipotẽs enim est Deus, ut possit gubernare & alterare naturam prout ipsi videtur cõducere. Sed non agit contra naturam, propriè loquẽdo, hic enim modus agendi implicat contradictionem; & sic Deus eam conducere non iudicat.

Caput XXIV.

Auctoritates philosophorum & aliorum.

An Philosophi & alij negent utẽdum principiis rationis?

Respondetur argumento desumto ab auctoritate philosophorum. Iustini philosophi & Martyris locus oppositus testimonio Philosophi Ethnici perperàm commendato.

p.376.

Restat tertium genus testimoniorum ab auctoritate philosophorum etiam infidelium desumtum. Meisnerus qu. Log. de arg. 6. adversus Reformatorum veram doctrinam de principiorum rationis usu Socratis verba adducit: *Deum, quæso per Deum omittamus, nam quæ suprà nos nihil ad nos*; *quod Ethnici hominis dictum*, ait, *si pensi haberent Calviniani, in articulos fidei nunquam forent adeò contumeliosi.* Item citat Ciceronem de Divin. *pessima est consuetudo de Deo disputare, sive seriò id fiat sive ioco.* Item Philonem Iudæum lib. de Cherub. *applicantem historiam Agar expulsæ ad philosophiam superbiẽtem & fœtus Theologicos parturientem.* qu. gen. de usu Phil. Sic Meisnerus.

p.46.

Vir doctissimus in Meth. stud. Theol. adducit Aristotelem. *Ipsemet*, ait, *Aristoteles suæ Ethnicæ Theologiæ tribuit* lib. 2. Metaph. quòd sit ἀρχικωτάτη δὲ ἡγεμονικωτάτη, καὶ ᾗ ὥσπερ δούλας οὐδ' ἀντιπεῖν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας δίκαιον. Item Scaligerum, Exer. 77. §. 2.

p. 135.

Quæ

Quæ supra Naturam sunt, nequaquam ex Naturæ legibus iudicanda censeo.

Respon.

Auctoritati Socratis & dicto illius non durissimo solùm, sed etiam, nisi in omnes partes quis illud vertere velit (quod fieri fortassis, sed periculosissimè & parum solidè potest) impio, utut Meisnerus illud commendandum duxerit, oppono non Scripturam solùm quæ docet res supernas, divinas, & earum inquisitionem è verbo instituendam ad intellectum nostrum pertinere: sed etiam philosopho Ethnico oppono philosophum Christianum Iustinum Martyrem, quem cum Iudæus interrogâsset: οὐχ οἱ φιλόσοφοι περὶ Θεοῦ τὸν ἅπαντα ποιοῦνται λόγον; ὁ κεῖνος ἔλεγε· καὶ περὶ μοναρχίας αὐτοῖς καὶ προνοίας αἱ ζητήσεις γίνονται ἑκάστοτε; ἢ οὐ τοῦτο ἔργον ἐστὶ φιλοσοφίας, *annon philosophi per omnia de Deo disserunt, inquit ille, & subinde de unius Dei imperio & providentia semper inquirunt? utrum philosophiæ munus non est de Deo scrutari?* Respondet Iustinus, ναὶ, ἔφην. οὕτω γὰρ ἡμεῖς δεδοξάκαμεν, *Etiam dixi ego, eadem quoque nostra est sententia.* Dial. cum Tryph. Iudæo. Hoc dictum Iustini potius esse debebat Meisnero quàm illud Socratis, quod Christianus nullus probare debet. Nã nec supra rationem est notitia qualiscunque de Deo; nec, si res divinæ rationem superãt, ideò ad nos hodie, qui Gentiles non sumus, eæ non pertinent, nec eas in verbo per intervẽtum lucis naturalis tanquam instrumento inquirere non debemus. Addo, quia Meisnerus id dictum tanti facit, id non magis nobis quàm ipsius causę obesse. Quod ait

p. 119.
An philosophi & alij negent utẽdum principiis rationis?

An philosophi & alij negent utendum principiis rationis?

nos contumeliosos esse in articulis fidei, falsum testimonium contra proximum est.

Ciceronis testimonium, nisi ita accipiatur, non probabiliter scilicet in utramque partem & irreverenter ac curiositate illicitâ de Deo disputandum, falsum est, & securum receptaculum Paganismi & hæreseos.

Philo Iudęus adversum nos non facit, qui superbientem philosophiam & se supra Theologiam efferentem non agnoscimus, sed eâ Theologiæ subjicimus: adeóque committitur fallacia ignorationis Elenchi. Idem ad locum Aristotelis dicimus.

Nec Scaliger nobis repugnat, qui iudicium decisionis verbo Dei unicè deferimus, id solùm pro normâ mysteriorum fidei habemus. Hæc etiam ad hoc genus testimoniorum atque auctoritatum. Et sic quoque cum bono Deo, argumenta sententiæ falsæ confutauimus.

FINIS.

SOLI DEO GLORIA.